



**Spongia Laonici Antisturmii, à Sturmeneck, equitis Germani,  
aduersus Lamberti Danaei, caluinistae Gallicani  
Antiosiandrum : pro Luca Osiandro, D.**

<https://hdl.handle.net/1874/424756>

4.

# Spongia

LAONICI ANTI-  
STVRMII, A' STVRMEN-  
ACK, EQVITIS GERMANI, AD-  
uersus Lamberti Danæi, Caluinistæ  
Gallicani Antiosian-  
drum.

Pro Luca Ofiandro, D.



T U B I N G A.  
Excudebat Georgius Gruppenbachius,  
Anno 1580.

signo 2

I.  
LAONICVS ANTI.  
STVRMIUS A STVRMEN.  
ECK, E QVES GERMANVS, LAMBERTO  
Danæo, homini malè feriato, per Chri-  
stum optat,

*Vt sit mens sana in corpore sano.*

X ANTOSIANDRO TVO, LAM-  
berte Danæe, cognoui, te & omnes Sacras  
mentarię factionis socios tuos, non parum  
admirari, quid causæ sit: quæ Lucam Osi-  
andrum, Theologum apprimè nobilem,  
impellere potuerit: vt certamen illud inter  
Sturmium & Pappum, iam extinctum (vt ais) renouare  
voluerit, & Pappo cedenti, quasi succenturiator, accesserit.  
Huius admirationis tuæ causas non obscuras præ te fers:  
quod certamen iam esset extinctum, ideoq; Camarina non  
facile mouenda: quod Pappus pro se respondere ipsem  
potuisset, etiam Osiandro tacente: quod deniq; controuersia  
ista Sacramentaria, per tuos antesignanos iam victa sit,  
vt neque Osiandro, neq; eiusdem professionis socijs quic-  
quam sit causæ, vt de amissa victoria, nouis scriptis repa-  
randa, cogitare iam debeant. Sed hisce causis mirandi sub-  
latis, tu haud dubiè mirari desines Lamberte. Nam quod  
certamen illud iam extinctum fuisse ais, impudenter facis,  
Lamberte: qui non ignoras, rem istam, quæ inter Sturmis-  
um & Pappum Argentinæ, mutuis scriptonibus, acta est,  
& intra suos parietes latitare, aut a loci illius Magistratu te-  
gi, atque componi potuisset, per te tuosq; socios publicatam  
esse: & ex igni latente incendium hoc, per te, & Geneuen-

*Spongia aduersus*

ses Typographos, inuito (vt aīunt) Sturmio, excitatum.  
 Litem hanc non Nam si illo concio & volente, hæc scripta in vulgus pro-  
 à Pappo, sed à dierunt: qua fronte tu audes dicere, extinctum fuisse certas  
 Sturmio & so- men, quod noua promulgatione in vniuerso Christianissimi  
 cies fuisse exci- orbe, per vos instauratum fuit? Sed quām bellē sit extin-  
 tata & austā. Etum, docuit nunc exitus ingens: quando editione Antis-  
 papporum Sturmij factum est: vt D. Pappus sui honoris  
 tutandi causa, tacere non potuerit. Deinde, vt maximè ve-  
 rum sit: quod, tacente Osiandro, Pappus pro se respondere  
 potuisset: id quod etiam fecit: tamen cum non certo con-  
 staret, vtrum ille tacere, an respondere velleret: & multi iam  
 audiissimē responsū expectarent, illo cunctante, recte in  
 medium processit L. Osiander: qui se temeritati Sturmij  
 opponeret. Cum enim ad Ecclesiæ gubernaculum <sup>decidit</sup>,  
 tūs sit vocatus, & munus illi in Ecclesia Christi docendi,  
 legitima vocatione impositum: decuit illum, oues sibi com-  
 missas, aduersus lupos defendere. Evidem Sturmius cum  
 septa & metas officij sui semel (& quidem nulla de causa,  
 satis iusta & graui) transilire statuisset, & iam pedem Cice-  
 ronianum, in choro Theologico posuisset: non modò Pap-  
 pum in suis scriptioribus, sed Brentium, sed Chemnitium,  
 sed Iac. Andraeam, sed Selneccerum, quos ille nominatim  
 perstrinxerat, adeoq; omnes Lutheranæ (vt vocant) Ec-  
 clesiæ Theologos Doctores, ac summos Germaniæ Prin-  
 cipes, per latus petere videbatur. Et quoniam Germanicas  
 rum Ecclesiarum pacificatio, & Sacramentiorum elecio,  
 à Principib; & Theologis Lutheranis, vt vocantur, certo  
 consilio erat suscepta: quam rem ille temerario ausu, vnius  
 vrbis ciuis, vnius Scholæ Dictator, vnicus Rhetor & Grā-  
 maticus perturbare, &, quantum in ipso, impedire cupie-  
 bat: omnino Osiandrum, non postremi in Germania Das-  
 cis at

## Lambertum Daneum.

3

cis ac Principis, Aulicum Ecclesiasten decuit: ut illius fū  
rori atq; audacia pedem opponeret. Nam quibus animis  
Dux Vuittembergicus & Repub. Argentinensis con-  
iuncti sint, nulli obscurū est, nisi fortè peregrino, & à Ger-  
maniae populo remoto. Hanc ille Dux coniunctionem  
animorum, non in Repub. solum, sed etiam in Ecclesia, &  
religione (vbi maxima est societas) perpetuam & sempit-  
ternam esse cupit. Quare magna hæc fuit Ioh. Sturmij tes-  
meritas, horribilis audacia: quod consensu huius nō igna-  
rus, contra Pappum & consentientes illi Principes, atque  
Theologos, cum Cinglianis, genere hominū nostris Prin-  
cipibus prope vniuersis inuiso, stare, atque illis patrocinari:  
nostrosq; Principes, & eorundem Theologos, Gramma-  
ticus oppugnare non erubuit. Quòd autem postremo loco  
asseris, causam hanc Sacramentariæ controværsiæ iam per-  
oratam, & a vobis victam: haud sinistrè facis: qui præco-  
nium ante victoriam canas. Vbi enim illa præclara Cins-  
gianorum trophæa, quæ ipsi de Lutheranis statuerunt?  
Vbi illi triumphi, quos Sacramentarij εκονολαστι, de suis  
hostibus egerunt? Nihil hīc addam amplius. Nam morem  
hunc esse scio viciis, vt se pro victoribus gerere soleant: si-  
c ut Galli Gallinacei, qui postquam ab aduersarijs superati  
& profigati sunt, expansis alis, in situ sterquilinio glocitāt.  
Nec hoc magnopere turbat D. Osiandrum, virum grauis-  
simum & optimum: quod tu illum νακε κόρενθ νακοφ  
εψη, quasi mali patris malum filium calumniaris. Quia si tu  
vir bonus es, mortuorum ossa, iam tacentia & quiescen-  
tia, non moueres: cum scias neminem esse, qui Andreæ  
Osiandri opinionem propugnet: ac ne ipsum quidem fili-  
um presententia patris stare. Tu autem & tui similes fas-  
natici, veritatem citius negligitis, quam præceptorum ves-

A 3

strorum,

## 4

*Spongia aduersus*

strorum, & parentum absurdas, atq; blasphemias opiniones deseratis. Nunc tu perpende apud te: vtrum L. Osiander sit laudabilior, qui à patris sui erronea sententia discessit: an tu, qui Calvinum & Cingulum maioris aestimas, quam veritatem Catholicam.

Nunc ad capita libri tui peruenio: quorum primum de damnatione Ecclesiarum Helvetiarum, Galliarum, Belgij, Scottie atq; Angliae, nec non quarundam in Italia & Hispania latitudinum constituis: alterum de dogmate Vbi uitatis tertium & postremum de Sturmio, Scholae Argentinensis Restore. Ad haec omnia dilucidè atq; aperte, nulla verborum circuitione usurpus, tibi respondebo: vbi tamen illa primitus confutaro: quæ tu pro Sturmio tuo protulisti. Etsi enim noster hil pro illo te dicturum initio simulas: quod ille suam causam, tanquam præclarus Orator, ipsemet agere possit: etiam tamen commoraras, quæ sine meo responso abire non debent. Magnam quidem eloquentiae laudem ipsi non inuitus Osiander tribuit: necq; Germania, Gallia & Anglia Principibus ignotum eum arbitratur. Sed temerarium plausum in hoc negocio fuisse, & omnes verecundiæ limites, suis

*Audacia & temeritas Ioannis Sturmij.*

Antipappis illum transiisse, non iniuste affirmavit. Nam quæ, obsecro, haec impudentia est, quod consilij trium Ectorum Principum, & cæterorum Germaniae procerum de exterminando & profligando Cinglianorum dogmate, non ignarus, illorum conatu se se audacter opponere, Papum & collegas, nostris consentientes Theologos, & formulariæ Concordiæ subscriptentes, reprehendere, damnatio nem & electionem turbulentissimorum Sacramentariorum dissuadere, & susceptum negocium impedire voluit: quæ audacia est, alienis & quidem summorum Principum negotijs, viuis Reipub. ciuem sese ingerere: quæ insania est

## Lambertum Danæum.

5

est, Principibus Germaniæ, hominem Grammaticum obloqui & obstrepere: quasi illi iniuste agat, quod à suis scholis & templis, Doctores & scriptores Cinglianos, pro iure patronatus sui, arceant? Quis homini Grammatico, quam tumuis laude eloquentia turgido, hanc potestatem dedit: ut summos Principes, quos ille per latus petiuit, iniuste damnationis, & tyrannicar electionis accusare ausit? Tu' ne, Lamberte, pñj hothinis esse iudicas, eorum suscipere patros cintam, qui se Magistratibus suis opponunt? Tu' ne remedium hoc nominas: quod Sturmius, pro suo in Ecclesiam Dei studio, ad sanandas Germanicarum Ecclesiarum distractiores recte attulerit? Ego certe maximum scelus esse arbitror, quod vir Grammaticus, Germaniæ Principibus, communis suffragio & calculo Cinglianos peruvicaces Doctores & Scriptores, cum suo dogmate, damnantibus, & à suis Academis & templis remouentibus sese opponere, eosq; in suo iure interpellare nō reformidauit. Quid? an tu putas Gallicæ, Angliæ, Scotiæ & Belgij proceres, & quo animo laturossi: si Brentiani Doctores, quos tu vocas Vbiquitarios, illis obloquantur, & iniustæ damnationis eos accusent: quod Vbiquitatis (quam vocas) assertores ferre nolunt: eosq; cū sua opinione regnorum suorum finibus ejiciunt? Vestri his sunt mores, & maiorum vestrorum: quod armata manu religionem vestrarum tueri, & vi defendere audetis: Monachis, Regibus & Magistratibus vos opponere consuescitis. Necq; Sturmium tuum excusat Iacobi præceptum, quo iubet, vt quisq; alium instruat, pro doni accepti mensura: necq; illud Petri, quo mandat, vt unusquisq; suæ fidei rationem reddat petenti. Nam necq; ille tanta doni mensura ornatius est: vt, qui propemodum nihil literarum sacrarum didicit, nullos Ecclesiasticos scriptores euoluit: conciones nullas

nullas aut raras longissimo annorum interuallo audiuit:  
scripta Polemica Theologorum non legit: ac ne ipsam  
quidem Concordiae formulam (vt ipsemet fatetur) in-  
spexit: omnemque aetatem in Cicerone consumit: Pap-  
pum Theologum quadrum, nedum Osiandrum,  
aut illius similes, meliora docere possit: nec etiam fidei suæ  
rationem reddere a quoq; iussus est: sed iniussus atq; inuo-  
catus in Ecclesiam Dei processit: & Grammaticus, sue  
Rhetor Ciceronianus cum Theologo congredi, & cona-  
tus piorum Principum impedire ausus est. Exempla Apô-  
los, Aquilæ, Priscillæ, Andronici, Iuniae & similium, qua-  
tu affers, Sturmianam audaciam, atque impudentiam prot-  
sus non excusant. Multò minus Cresconij Grammatici  
contra quem Augustinus scripsit: sicut & Iosephus contra  
Appionem Grammaticum. Nam si probè hæc examines  
tuo te ipsum gladio iugulabis: & facile intelliges, nihil vnu-  
quam feliciter in Theologia tentasse Grammaticos. Qua-  
re si Sturmius sapisset, intra metas officij sui se continuo  
set: & faber fabrilia, Orator oratoria, Grammaticus Gram-  
maticalia tractasset: sicut D. Osiander admodum facete &  
lepidè illum, sub finem Antisturnij, sui commonefacit.  
Nulla igitur tyrannis, aut inuidentia in Osiandro fuit:  
quod illum ab huiusmodi scriptis dehortatus est: in quibus  
non gloria Dei, sed hominum autoritas protegitur: non  
pax & tranquillitas Germaniæ, sed furiosæ & rebellis Cal-  
uinistarum factionis stabilimentum queritur: non Ger-  
maniæ Principum defensio, sed acerrima & grauissima ac-  
cusatio continetur. Quod autem Ioach. Vadianum, & Io-  
achimum Camerarium producis: næ ridiculus tu homo  
es, qui non cogites, quæ dicas aut scribas. Nam si Camera-  
rius, cuius ossa nunc placide quiescent, idem fuisset ausus  
face-

# Lambertum Danæum.

7

facere, quod Peucerus, quod Sturmius, quod similes: an-  
non putas magnam illum apud Illustriss. Electorē Saxo-  
niæ, & Theologos, gratiam fuisse initurum? Quæ verò tu  
de officio Rectoris Sturmij, de Pappo omnia iura Academ-  
iæ violante, mendaciter profers: ea à Pappo ipso, ita sunt  
confutata, ut & te scriptionis tui, & Sturmium Rectora-  
tus fui, in hoc negocio, pudere & pigere debeat. Peccauit  
enim, peccauit maxime Sturmius: quod officij sui oblitus  
in Ecclesiasticum certamen, & Germaniæ Principum &  
Theologorum se ingessit negocium: quod pacem Ecclesiarum  
Germanicarum, intromissis furjs Sacramentarijs,  
turbare voluit: quod Academiæ suæ Professorem Theo-  
logum calumnijs affecit, ipsumq; communib; inimicis,  
Papistis ridendum propinavit. Sed cur tu Rhetorem Aca-  
demiae Argentinensis, præceptorem vel nostrum vel Osi,  
andri nominas: quorum neuter vel docentem audiuit, vel mandus Ioannes  
scribentem legit? Habent, cum omnes Germaniæ Academie Sturmius.  
mæ, tum præsertim hæc nostra suos præceptores in dicen-  
di artibus: qui huic Ciceroniano Rheticatori, laude elo-  
quentie non ita multum cedunt. Habemus & nos nostros  
Cicerones, nostros Quintilianos, nostros Aristoteles, no-  
stros Virgilios: neq; vscq; adeo Sturmij nobilitate literata,  
epistolis Classicis, Partitionibus Oratorijs, & consimilibus  
indigemus. Nam horum librorum opera Scholæ nostræ,  
hactenus nullo cum iuuentutis det्रimento, quam optimè  
caruerunt. Sed bene habet. Comparastu Sturmium cum  
Cocle: rect'ene, an male, parum cogitans. Ego & male &  
ben'e in hac re fecisse arbitror. Male: quod, Cocles pro  
patria, Sturmius contra patriam, pugnauit: ille patriam ab  
hoste defendit: hic patriam Germaniam, eiusq; Principes  
Gallis, Anglis, Scotis, & Belgis prostituit. Bene: quod, sicut

B

Cocles

Cocles vno, ita Sturmius vtroq; oculo caret. Nam in negotio religionis minus videt, quam Talpa. Quare non mirum est: quod, in Antipappis suis, Andabatarum more cœcis ictibus pugnat. Sed caueat ille, ne, sicut Cocles de ponte seipsum præcipitauit: ita ipse à Theologico ponte, qui est veritas, & via in cœlum, semetipsum cum Berengario, in Stygiam paludem deiçiat. Melius tamen fecisses, si eum Ciceroni aut Demostheni (quorum ille anima a suis discipulis dicitur) comparasses. Nam & illi ambo negotiis alienis se ingesserunt: & sua πληρούμωνι, & semetipos, & ingentes Respub. euerterunt. Vale ergo tu, cum tuo præceptore Coelite, mi Lamberte: Vale, inquam, & religionis tuae Sacramentariæ propugnatorem, quemdiu habebet, lauda & prædicta: vt muli se mutuo scabant, quoniam volunt.

Sed age, nunc ad capita tui Antiosiandri peruenimus: quorum, vt dixi, primum est: De Damnatione Ecclesiastiarum Gallicarum, Anglicarum, Scoticarum, Belgicarum, Polonicarum, Rheticarum, Helueticarum, Hispanicarum & Italicarum, quæ adhuc latent. Instituimus enim probare ex sententia Sturmij, a nostris Theologis vestros coetus Sacramentarios neq; posse, neq; debere damnari: & in novo corpore doctrinæ (vt falso nominas) iniuste esse damnatos. Accusas igitur ex sententia Sturmij omnes Germaniz Principes & Theologos (qui quidem huic operi subscripti pserunt) summæ iniquitatis, summæ iniustitiae, summæ tyrannidis. Non contentus hac grauissima accusatione, mox etiam D. Osiandrum cauillaris: quod in suo Antisturmio falso docuerit, non personas, sed dogma Calvinistarum condemnari: & sic condemnati dogma: vt eius assertores non tradantur magistratu*m* puniendi, sed tantum fugient.

*Electores &  
Principes Ger-  
maniae accusan-  
tur à Danao in-  
iustitia, & ty-  
rannidis.*

## Lambertum Danæm.

9

fugiendi. Dixi prob'e, mi Lambertte : qui optimi viri sens  
tentiam perueritis, & longa Disputatione instituta, frustra  
probare aggredieris : quod vna cum dogmate etiam illius  
propugnatores omnibus Cōcilij damnati & poenis affe-  
cti fuerint. Non enim hoc dixit Osiander, damnato errore,  
non etiam, damnari aliquos errantes : sed non exurendos  
& supplicio afficiendos tradi : non inflammari rogos : non  
armari carnifices. Caluinistas & Cinglianos doctores (de  
his enim agimus) damnamus : primum, quia eos pro fal-  
sidogmatis defensoribus habemus: deinde, quia illi pacem  
Germanicarum Ecclesiarum & scholarum turbant. Ita  
que personas ipsas, quatenus sunt peruvaces Caluinismi  
defensores, in nostris Ecclesijs atq; scholis non toleramus:  
neque hominibus exteris Gallis aut Belgis rationem red-  
dere idcirco tenemur. Quod autem tu dicis, in formula  
Concordiae damnari Gallos, Anglos, Scotos, Belgas, Hel-  
vetios & similes, & suo magistratu puniendos & exuren-  
dos tradi: mentiris Lambertte. Nam ista condemnatio  
ipsum dogma respicit: electio tantum dogmati illius pa-  
tronos & Ecclesiarum Germanicarum turbatores. Quæ  
verò tu de hæresi & hæreticis, simul damnatis & damnan-  
dis multa profers, ea omnia tibi prolixè concedimus: at  
que hoc ipsum volumus, vt non modo Caluinismus ex  
nostris Ecclesijs, tanquam damnabilis error extirpetur: sed  
etiam illius propugnatores & pertinaces defensores re-  
moueantur, & in exilium mittantur: ne sua contagione  
oues putridæ, etiam sanas inficiant. Ideoquæ Palatinus &  
Saxonicus Electores, ac cæteri Principes non modo do-  
gma ipsum repudiarunt: sed illius quoque obstinatos pa-  
tronos suis ditionibus expulerunt. Neque verò tui aut  
Sturmianæ est officij, vt illos in hoc proposito impeditatis,

B 2

repre-

reprehendatis, accusetis. Habent Germani Principes suum Magistratum, Caesarem: cui, post Deum, de factis suis rationem reddere & possunt & volunt. Quid illis hic negotijs cum Anglis, cum Gallis, cum Scottis, cum Polonis, & alijs Sacramentarijs: qui suos habent Reges: quibus Calvinistæ rationem vilificationis sua reddant, ut lubet? Nam per nos illis licet religionem quamcunq; sectari, etiam Iudaismum aut Mahometismum, si Calvinismo non sint contenti: modo in nostris Ecclesijs turbas non existent, modo Germaniam non molestent: & se intra suos fines contineant. At quamprimum illipedem in nostris Ecclesijs fixerint: statim à nobis exturbabuntur: statim recessent. Quod autem Osiander scripsit, dogmate & Dogmatis seu propugnatoribus damnatis, non damnari totas Ecclesijs, recte scripsit: sed tu non intelligis: aut, quæ intelligis, malitiosè dissimulas. Aliud enim est ouis, aliud pastores, nequam, aut lupus, ouem à via veritatis in salebras errorum abducens. Aliud Ecclesia Iudaica fuit, in qua Deus septem millia sibi reseruavit, non curvantum genua coram Ballo: aliud Pseudoprophetæ, suis mendacijs Ecclesiam Dei perturbantes & euertentes. Damnantur ergo non tantum heretica Calvinistarum scripta, & libri: sed eorum quoq; autores & defensores: nequaquam vero ouiculae, quæ voce lupo rum deceptæ, nullo proposito, neq; illa maliitia, sed tantum veri ignorantia, & simplicitate quadam, aberrant. Quæ de hac re D. Osiander in Antisturmio scripsit, non ignoras: neq; est, vt tu illis perpensis atq; examinatis, de testimonio diuinorum oraculorum sis sollicitus: vnde haec distinctio Osiandrina demonstrari posset. Cetera, quia letitia sunt, & omnia huc recidunt, consultò prætereo. Nam tuum confidentem habes. Osiander enim & te, & tuum Calvum

*Cingiani do-  
ctores una cum  
suo dogmate da-  
manantur.*

# Lambertum Danæum.

II

Caluinismum damnandum, & ex Germania, in Galliam, Angliam, Scotiam, aut ad extremos Garamantes (nisi res ipsas) relegandum censem: & sicut Paulus Hymenæum & Phileum Sathanæ tradidit: ita & Osiander, & qui cum illo sentiunt, te tuisq; similes Caluinistas & Cinglianos, nisi blasphemæ religione discedatis, Diabolo mancipant. Sed audi Lamberte: si tu dogma Ubiquitatis & Ubiquitas pro hereticis habes, & damnados eos censes: an propterea omnia membra nostrarum Ecclesiarum, & totas adeoq; ipsas Ecclesias, vna cum Pastoribus & Dogmatistis condemnas? Prouoco ad conscientiam tuam. Neq; est, vt ansæ quæras, cur tot pientissimi, si dijs placet, viri ex suis sedibus in exilium pulsi sint. Ratio in promptu est, quia Cingiani doctores fuerunt, peruvicaces Caluinistæ fuerunt, perniciosi dogmatis defensores fuerunt, perturbatores Ecclesiarum & Scholarum fuerunt, perfidi & periuri fuerūt.  
Ab his orta est illa Academiarum in Germania solitudo: ab his Pag. 17. tot studiosorum gemitus, preceptores suos, à fide Orthodoxa & Augustana Confessione, tam turpiter desciuisse, condolentium: ab his illa priuarum Scholarum in Germania nostra vastitas. Nam quia socij vestri callidissimis technis & fraudibus, dogma vestrum latenter in Academias Germanicas introducere voluerunt: Principum suorum bonitate & clementia nefarie abusi: merito suæ imposturæ & audacie penas dederunt: multo grauiores Deo, iusto iudici, aliquas do daturi: Scio quid hic obiecturus sis mihi, quando ego tecum tuo dogmate mancipo Sathanæ. Nam Osiandrum dices mitiorem & æquiorem fuisse: qui suo vos co-mittit iudici. At ego addidi, nisi resipiscas: nisi a blasphema religione tua discedas. Ergo breuiter ita habe. Damnant *Tria damnatio-Theologi* falsum dogma & Dogmatistas, vt alij ab eis sibi num genera-

B 3

caueant:

caueant: & Dogmatistæ resipiscant. Damnat Magistratus, & exilio multat dogmatis damnati defensores: quatenus illi dant turbas in Ecclesia & scholis: & suis Principibus non obtemperant, conuicti de erroribus, & nihilominus pertinaces. Damnat postremo, & poenis sempiternis afficit Deus, falsi dogmatis propugnatores & pseudoprophetas, tanquam iustus iudex. De primo tantum damnationis genere agunt Theologi in formula Concordiæ, & Osiander in suo Antisturmio. Reliqua duo suis permittunt iudicibus, quibuscum expostulent Cingliani tantisper, quantis sper ipsis lubet.

*Cinglianos à Lutheranis posse  
damnari: quia  
dissidium sit in  
rebus ipsis, non  
in verbis.*

*Objectionum  
Danæi, quod dis-  
sidium sit in ver-  
bis tantum, con-  
futatio.*

*Primum argu-  
mentum Danæi,  
ex epistolis ultrò  
citroq; missis.*

Satis tibi responsum pro D. Osiandro arbitror, quod tu sententiam illius peruerteris, aut certe non intellexeris cum hæreses ab illo damnari, & hæreticos interim approbari seu tolerari censes. Nam quæ illius sit de Caluinismo, eiusq; propugnatoribus sententia: ita ego aperte dixi, ut apertius dicere non potuerim. Nunc excutiam rationes tuas, quibus tu de sententia Sturmij tui probare aggredies: quod Cingliani à Lutheranis damnari non possint. Collocas hic in prima acie Marpurgense Colloquium, & literas Lutheri, Cinglij & Oecolompadij vltro citroque datas: ex quibus certo pateat: hanc controuersiam in verbis potius, quam rebus consistere: & si vocabula quædam vel semoueantur vel leniantur, facile de toto negocio conueniri posse. Credat hoc, cui ocium est. Nam hodie mis hi non est integrum, vt credam. Vbi enim Lutherus ad Cinglium aut Oecolompadium in hanc scripsit sententiam: Atqui, si tu omnino credis, certamen hoc Sacramentarium in verbis potius, quam in rebus consistere: cur paucis & concordiæ studio, quod præte fers, non mauis loqui cura

cum Lutherio, quām cum Cinglio? Cur non illius potius  
verbis vteris, quam huius? Cur Cingliani suas malunt  
retinere phrases, quām veritati cedere? De Epistolis Cal-  
vini & Oecolompadij nihil respondeo. Quia testes mihi  
citas admodum suspectos. Bucerus in eadem sententia  
non fuit semper idem: sicut infra docebitur. Itaque epis-  
tolæ illius nihil valent: cūm testis sibi ipsi contradicat.  
Habemus enim & nos literas manu Buceri scriptas ad  
Brentium: in quibus sententiam illius per omnia Buce-  
rus paucis diebus ante obitum suum approbavit. Ea-  
rum exemplū D. Pappus in suis Responsionibus ad An-  
tipappos Sturmij posuit, pag. 52. Illīc requirito, si lubet.  
Ceterum, quod tu Lamberte, de nouis quæstionibus, in  
Ecclesia motis, commemoras: vt de Vbiuitate corporis  
Christi, de ascensione ad cœlos, de sessione ad dexteram  
Patris, de vnione hypostatica: non omnino falsa dicis.  
Nam de his articulis utrinque variae institutæ sunt dispu-  
tationes, quibus Christi hominis gloria & maiestas à ve-  
stris oppugnata, à nostris propugnata fuit. Quod autem *Autores Sacra-*  
*horum certaminum culpam nostris Theologis tribuis, mentarij certa-*  
*splendide mentiris: & patrem tuum ignoras Carolstadij minis.*  
An non enim cogitas apud te, quod res  
nascente Euangelij luce Carolstadius & Cinglius has  
quæstiones mouerint: a Sathanæ excitati, vt cursum reui-  
scentis doctrinæ Euangelicæ perturbarent: an nescis  
Carolstadij discipulos, falsum suum dogma subinde nouis  
coloribus ornasse: & nouis quæstionibus huic, à se motæ,  
litigationi ansam præbuuisse: Nam ubi illi finixerunt Lo-  
calitatem, qua corpus Christi circundarent: nostri oppo-  
suerunt Omnipræsentiam: quam vos ficto & odioso voca-  
bulo appellatis Vbiuitatem: ubi illi Ascensionem Christi  
ad coro

ad cœlos, pro absentia illius à sua coena, vrgebant: nostri sessionem eiusdem ad dexteram omnipotentis Patris obiiciebant: vbi Cingiani ad Nestorianismum accedebant: nostri ad vnonem hypostaticam configiebant, & oculos Cinglianorum hac propositione, Verbum caro factum est, non minus perstringebant: quām olim Orthodoxi oculos Arrianorum eadem feriebant. Sic aut̄a sunt à vobis dissidia, & eō usq̄ progressa: vt vos iam Christum suo corpore ianuam, & sepulchram lapidem, penetrasse, contra expressa sacrorum oraculorum verba apertissimè negatis: quandoquidem penetratio dimensionum à vero & naturali corpore abhorreat.

*Primum Osiandri argumentū,* Sequitur Osiandrina distinctio, inter mandationem sacramentalem, quæ ore fit & fide: & mandationem spiritualitatem, quæ aure fit & fide, aut etiam sola fide: vt in pueris per baptismum regeneratis. Hanc luculenter admovet D. Osiander & probauit & declarauit: vt ostenderet in rebus ipsis non dissidium hoc Sacmentarium non verbis tantum, sed in verbis: sumū ipsis rebus longe maximis cōsistere. Audiamus nos, quod à duplice mandatione. modo eam Lambertus Danæus eludere conetur. Primum spirituale mandationem ab Osiandro non recte definitam esse dicit: cum in ea confundatur causa instrumentalis cum suo effectu. Hoc vt demonstret, productis ex Augustino verbis, quæ ineptissimè detorquet, fidē vt causam, mandationem spiritualem vt effectum, inter se cōparat. Vtrum deliret, an prorsus insaniat Danæus: ego ne scio. Mihi vtrumq; facere videtur. Nam quale istud delirium, quod ex Augustini interpretatione sic colligit: Si (inquit) credere & manducare una & eadem res effet, ex Augustini mente, quid hac oratione fuerit ineptius, crede & manduciasti: id est, manduca & manducaſti. Lepidum sanè commētum,

*Prima responsio  
Lamberti.*

*Prima responsio  
nisi confutatio.*

tum, Chrysippo & Crantore dignum. Quasi vero Augustinus dicat, credere & manducare, ipsa oratione & numero syllabarum, inter se conuenire: & idem esse ac sonare trisyllabum credere, quod sit & sonet quadrisyllabum manducare: ut hac ratione non sit aliud, si quis dicat: Crede ac manducasti: quam hoc, manduca & manducasti. Abiutus a fine ad Sturmium, & disce ab illo, quid sit tropica verba interpretari per propria. Nam figurata est Christi locutio: cum in Euangelista Ioanne, loquitur de eius carnis & potu sanguinis sui: quam orationem Augustinus recte intersuntatur, per verbum proprium, credere: ita, ut verbis tantum inter se differant, credere & manducare, non autem rebus ipsis: cum illud sit proprium rei illi, de qua Christus loquitur, hoc vero metaphoricum. Deinde, quae insaniam quod Danaeus dicit, fidem esse causam manducationis, & manducationem istam esse effectum fidei: Nam si manducare carnem Christi nihil aliud est, quam credere in Christum, ut Augustinus loquitur: & ipsum animo ac fide, non dentibus apprehendere: quas tu, malum, nugas affectum, distinguere & sciungere audes: Nam quod dicis, apprehensionem praecedere, sequi manducationem: & fide prius recipi Christum, quam in nobis inhabiter: gerræ meræ sunt, meræ nugæ, mera capitis tui figmenta. Neque enim metaphoræ sumuntur a causis & effectibus, sed a similibus: quod tuus te poterat docere Sturmius. Deinde negat Lambertus, à Sacramentarijs duo illa manducationis genera confundi: dicit, locum Ioannis 6. cap. ad Cœnam Domini propriè & singulariter a suis non referri. Hoc ut probet, Caluini interpretamentum adducit: quo ille verba Ioannis de Cœna Domini perperam accipi, scriptum reliquit. Qua in re

*Secunda respon-*  
*sio Danæ.*

*Confutatio eius-*  
*dem.*

*Scriptum Sel-*  
*necceri à calu-*  
*mia vindica-*  
*tum.*

in re non fallitur sua opinione Caluinus. Sed quod Latini  
bertus affirmat, neque confundi à Caluinistis duo mandu-  
cationis genera prædicta: neque locum Ioannis ad Cœnam  
ab illis referri: id utrumque falso est. Etsi enim Caluinus  
aliter locum interpretatur: tamen ceteri furoris Sacramen-  
tarij antesignani, quotiescumque spiritualem manducatio-  
nem, in Sacramento cœnæ, & figuratam corporis præsen-  
tiam demonstrare volunt, semper clamant: Caro non pro-  
dest quicquam. Possem hæc exemplis compluribus testa-  
ta facere: si ea, quæ lippis & tonsoribus nota sunt, afferre, &  
lectori tedium creare vellem. Neque pro te facit Selneccer-  
rus, cui tu absque omni fronte tribuis, quod scripsierit: Non  
de fructu, aut de re ipsa Sacramenti, sed de MODO tantum in-  
ducationis certamen esse. Mentiris Danæ. Non enim hæc  
scripsit Selneccerus: sed controversiam & disceptationem  
inter Sacramentarios & nostras Ecclesiæ, negat esse, de seip-  
sorum rituali illa manducatione: cuius mentio extat, Ioan. 6. cap.  
Nam eadem utrosque, de illa manducatione, eiusque fructu  
scribere, loqui & sentire statuit. Dicit autem controversis  
am esse, de Sacramentali manducatione, quam nostræ  
Ecclesiæ ab illa spirituali sciungunt: Cingiani cum illa  
prorsus eandem faciunt: & utramque inter se committunt,  
aut confundunt potius. Sed quid prohibet locum integrum  
adscribere, è pag. 19. & 20. illius libelli, à Selneccero editi:  
ut huius falsarij malitia omnibus æquis lectoribus liquido  
patescat.

Cæterum, inquit Selneccerus, quod attinet ad fructum si-  
ue spiritualem manducationem, nulla est controversia. Christus  
enim instituit sumptionem hanc corporis & sanguinis sui ad ex-  
uscitandam & confirmandam fidem, & vult in hac sumptione fieri  
salutarem recordationem mortis, & resurrectionis sua, et omni-  
um su-

um suorum beneficiorum: ideo inquit: *Hoc facite ad mei recordationem, id est, quando & quoties acceditis, & editis corpus meum, & bibitis sanguinem meum, estote mei memores, & cogitate de immenso meo erga vos amore, & de meis beneficijs. Nam sicut prima institutionis verba, ( Hoc est corpus meum ) loquuntur de substantia Cœnae, & ostendunt, quid exhibeat rœsentibus pane & vino, videlicet corpus & sanguis Christi: ita hæc verba: Hoc facite ad mei commemorationem, loquuntur de tota actione & spirituali manducazione, qua sit fide, & requirunt recordationem publicam & priuatam: illam, qua comprehenditur professio & iuventute doctrina de filio Dei, de remissione peccatorum, de restitutione gratiarum actio, & consolatio de collectione, gubernatione, & perpetua conseruatione Ecclesiæ in hac vita: Hanc vero, qua unusquisque piorum nominatim, & in specie sibi fide applicat beneficia Christi, testificans & statuens, cum singulis nostrum, Filium Dei facere fœdus in hac dulcissima cœnâ, quod nos clementer respiciat, & communicatione corporis & sanguinis sui nos membra faciat sui corporis, abluta suo sanguine, nosque vicissim cum ipso fœdus facere, quod ei credamus, & beneficia eius grati accipiamus, nec dubitemus ipsum in nobis esse efficacem, & nostram miseram mas- sam sibi insertam seruare & vivificare velle, & quod hac sumptuosa testemur, nos in vero consensu & salutari concordia iuxta Christi voluntatem vivere & manere velle, sicut Paulus inquit: *Vnus est panis, vnum corpus multis sumus.* Ad hanc manducazionem spiritualem referendum est caput 6. Ioannis, quod certè de actione Cœnae, & manducazione externa, siue de institutione Cœnae, quæ cum Christus verba illius capitilis loqueretur, nondum instituta fuerit, minimè concionatur, sed de fide & spirituali manducazione omnino intelligendum est, ut suo loco copiosè ostendi-*

De hac igitur spirituali mandatione inter eos, qui Sacra-  
mentariorum nomen, Cinglianorum, & similium, obtinent, & in-  
ter nostras Ecclesias, nulla est disceptatio. Et debebat hac ipsa de  
causa moderatio adhiberi, & humanitas digna ijs, qui eiusdem fru-  
elus participes & haeredes esse student, atq; reprimi affectum &  
animorum exulceratorum impetus insanos. Libenter enim idem  
cum ipsis sentimus & loquimur, & nihil eis auferimus. Perimus  
autem, ne nobis auferant id, quod habemus. Nemo enim eripet  
sibi facile fert thesaurum, quem possidet. Cumq; confessio de Spi-  
rituali mandatione sit una & eadem, nos autem in super iuxta  
institutionis & Testamenti verba ab ipso Christo prolatâ, etiam  
corporalem præsentiam & mandationem corporis & sanguinis  
Christi in Cœna affirmemus, amante & obnixè, propter Corinthus  
Testatorem perimus, ut hanc αδιάνερτη πληροφορίαν τοις λαζαρούς  
τὸ διοπνέυσαμένημάτων ὑδεῖ λογισμῷ, ὅπερενδο φυσικῆς θεοτη-  
τοσαγορίᾳ, ὅπερες ἐνσέβεαρ εἰχματορίῳ στασαλθορίῳ πο-  
bis integrum & incontaminatum relinquant, & finant nos in hac  
ipsa πληροφορίᾳ & certitudine, σωστιτθεόδη τῇ διωχμῃ τοις ἔργο-  
μένοις, τοις μηδὲ μάτερεν ἐπιστήσασθε, iuxta Basiliū. Hoc  
enim proprium fidei & credentium est. Concedant nos acquiescere  
in verbis & Testamento Christi, & nullam Physicam necessitatem  
tantifacere, ut propterea à verbis Christi, quæ expressum dogma  
de voluntate eius nobis proponunt, discedamus. Concedant nos  
Christo tribuere laudem omnipotentiæ & veritatis. Concedant  
nos rationis nostra iudicium & sapientiam atq; omnem scientiam  
subiucere verbo & captiuam, in obsequium Christi. Quod si ad no-  
stram hanc doctrinam nondum omnes accedere, ob fidei forsitan sue  
infirmitatem vel possunt, vel volunt, implorabimus Dei miseri-  
cordiam, ut Spiritu suo sancto fidem adaugeat, & confirmet, & do-  
ciles conuertat, & imbecillitatem agentibus penitentiam propter  
Filiū remittat. An non vides, candide Lector, vera esse,  
qua-

quæ ego pro Selneccero scripsi, falsa, quæ Danæus cōtrahit.  
 Nam Selneccerus his verbis duplicem illam manducationem  
 nem Osiandri apertissimè confirmat: & ita inter se ambas  
 distinguit, ut doceat, Cinglianos tantum manducationem  
 spiritualē, Lutheranos vero etiam Sacramentalē facies  
 re. Quæ duo manducationis genera si confundantur, &  
 pro fidem habeantur, ut à Cinglianis fieri consuevit: nul-  
 la potest esse huius cōtrouersiæ pacificatio, nullus dissidio-  
 rum finis, nulla concordia. Quid vero ad nos, quod Oeco-  
 lampadius scripsit, ut ait, in Epistolis: dissidium inter se & Pap. 19.  
 Lutherum, non esse de re ipsa Sacramentali, sed de modo  
 tantum præsentiae carnis Christi in Cœna Domini? An tu  
 putas idem fuisse dicturum Lutherum, quod scribit Oeco-  
 lampadius? In ipsis igitur rebus, haudquaquam vero in  
 nudis verbis, certamen hoc consistit: & tu Lamberte, ma-  
 nifesto nugaris, qui longè petitas nebulas legentium ocu-  
 lis offundere cupis. Quod ad confessionem Helueticam  
 attinet: in qua tu dicis aperte distingui Sacramentalē a  
 spirituali manducatione, nihil prorsus dicas Lamberte. Nā  
 statim in sequentibus verbis doces, in Cœna Domini nihil  
 discrepare Sacramentalē manducationem a spirituali: de  
 qua Ioan. 6. cap. loquitur Christus. Enī ut lubricus es: qui  
 postquam in manus nostras incidisti, statim rursus elabe-  
 ris. Sed hoc est, quod Osiander dixit: Cinglianos interdum  
 splendidis & magnificis verbis nobiscum loqui: Sed aliud  
 tamen sentire, & mox versa pagella aliter loqui. At obse-  
 cro, qui nam est hic, aut qualis spiritus: qui ex uno ore calis-  
 dum & frigidum efflat? Mihi spiritus vertiginis esse vide-  
 tur: qui Cinglianos & Sacramentarios, Berengarij, Vual-  
 donis, Albigesiorum & Vuclefitarum posteros, homines  
 furiosos & seditiones, miserè iamdiu circumrotat.

*Tertia responso  
Danei, qua pro-  
bat suam ἀρχὴν  
μαχίαν.*

Sed ag' videamus, quomodo Sacramentalis & spiri-  
tualis manducatio in Cœna Domini conueniant, & simul  
esse possint. Vtramq; manducationem in pijs dicens concu-  
rere: qui vera fide signis, pane & vino, vescuntur. Illenim  
ex tua sententia Sacramentaliter & spiritualiter corpus  
Christi edunt: Sacramentaliter quidem, dum panem & vi-  
num S. Coenæ edunt & bibunt: spiritualiter autem, dum fide  
ipsum & esse entale corpus & sanguinem Domini nostri

*Cingliana distin-  
ctio inter man-  
ducationem spi-  
ritualalem & sa-  
cramentalalem.*

Pag. 27.

Iesu Christi reuer'a participant. Vtrancq; manducationem,  
nempe sacramentalem & spiritualem, tantum in pios ales-  
ram vero, nempe sacramentalem, tantum in impios cadere  
dicis: qui, cum sine fide ad Cœnam Domini accedant, nuz  
distantum signis fruantur. De hac enim sic scribis: Sacra-  
mentalis manducatio duplex est: una, per quam signa duntaxat  
nempe panis & vinum Cœna, à sumentibus eduntur, minime autem  
res signata participatur. Hæc merè Sacramentalis est.  
quia neque spiritualis est, neque fidem coniunctam habet, neque  
carnem ipsam Christi: sed signa tantum carnis edit. Hac man-  
ducatione hypocritæ, & indigni, & mali homines impenitentes,  
dum ad mensam Domini accedunt, signa duntaxat carnis &  
sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumunt, non ipsum Domi-  
ni corpus. De hac dixit August. Iudas Domini proditor sum-  
psit Panem Domini, non Panem Dominum. De hac idem quoque  
in Ioan. Euang. tract. 27. ait: Qui non manet in Christo, & in  
quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritualiter  
carnem Christi, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter &  
visibiliter premat dentibus Sacramentum corporis & sanguinis

*Duplex Cinglia  
na distinctionis  
confutatio: qua-  
rum una falsam  
illius hypothesin  
subuertit.*

Christi. Ad hæc omnia respondeo tibi dupliciter. Primo,  
quod tota hæc argumentatio nitatur falsa hypothesi & de-  
bili fundamento: quo subuerso totum ædificium una ruit  
na concidet. Nam quod nulla sit hæc distinctio, qua Sa-  
cramens

cramentalis manducatio diuiditur in simplicem seu fide  
orbataam, & compositam seu cum fide coniunctam: ex eo  
patet, quod impij & fide carentes perinde accipiunt corpus  
Domini, ut pijs & fide prædicti. Sic enim manifestissime &  
evidenter, de manducatione impiorum loquitur Apo-  
stolus: Quisquis ederit panem hunc, aut biberit de poculo<sup>1. Cor. 11.</sup>  
Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.  
Nam qui edit & bibit indignè, iudicium sibi ipsi edit & bis-  
bit; non dijudicans corpus Domini. Hic tu buccas infla-  
Lamberte: ut tuam sacramentalem, quam stolidè definis,  
manducationem impiorum, nobis commonstres. Nam si  
impij, essione panis, & sorbitione vini, fiunt rei corporis &  
sanguinis Christi, quæ tu sola fide & solummodo spiritua-  
liter dicas accipi: quomodo obsecro, cum pane & vino id nō  
accipiant, cuius fiunt rei? quomodo fur pe-  
corpore & sanguine, quo non vesicitur? quomodo fur pe-  
cuniae ablatæ insimuletur, quam non attigit? quomodo  
adulter sit reus adulterij, quod nō cōmisit? Et quando Apo-  
stolus dicit: impios sibi ipsi sumere iudiciū: propterea, quod  
non dijudicent corpus Domini: quis non videt, aperte hoc  
dici, quod impij fiant participes corporis Domini? Nam si  
parent inter panem sacramentalem & cibarium: sicut tu lo-  
cum Pauli postea interpretaberis, admodum inepte, insul-  
se, impertinenter: sed quia nō dijudicant inter corpus Do-  
mini: ideo sumunt etiam corpus Domini. Nam incredulis  
ta & malitia impiorum, fidem Dei, promittētis se dare cor-  
pus & sanguinem suum vescentibus, non facit irritam. Et  
tam fortis est Dominus exercendo iudiciū & iustitiam su-  
am in impijs: quam fortis est in adhibēda misericordia erga  
pios & credulos. Sicut enim idem Sol ceram liquefacit,  
& lutum

& lutum indurat : ita idem Christus, cum sit omnipotens Deus & homo, pios homines suo corpore & sanguine passit ad vitam æternam, impios vero damnat ad mortem æternam. Si tu Philosophus sobrius es, ab hac sententia Apostoli nequaquam abhorres. Nam et si boni haec natura est, ut possit esse sine malo, & sui communicatum in alio: omniaque agat boni finis causa: tamen quia malum sine bono esse non potest: idcirco ne à bono quidem alienum est, ut sit cum malo. Sic Deus est in inferno, & cum Diabolo, teste Psalte, sustentans Diabolum, fontem totius malitiae: non ut fiat saluus & boni particeps: licet Deus illi præsens, sit ipsum bonum: sed ut substantia Diaboli à Deo ad æternos cruciatus & poenas reseruetur. Ita Christi corpus & sanguis in impijs adest, perpetuus atque assiduus arbiter: qui illorum conscientias ob indignam mandationem & positionem accuset, torqueat, excarnificet. Hoc scilicet verè est: Nocte dieque suum gestare in pectore testem. Neque te mox ueat Lambertus, quod Sacraenta dicuntur signa siue sigilla gratiae, non irae. Nam quod ad Deum attinet, qui ista oratione misericordia. Quod autem ad homines, qui illis abutuntur, culpa illorum fit, ut ira Domini propter abusum Sacramenti provocetur. Nam sicut alias prijs omnia in bonum, impijs omnia in malum vergunt: ita etiam Sacraenta prijs ad salutem, impijs vero ad damnationem cedunt. Multa sunt in hominum natura eiusmodi, quæ à Deo proficiuntur bona: ut, ingenium, eloquentia, prospera valetudo, opes & similia: quæ ita sunt, ut est animus illius, qui ea possidet, aut qui ipsi virtutem. Augustinus, quem pro te citas, non dicit, Iudam non accepisse Dominum: sed non accepisse panem Dominum, id est, fructum panis huius Sacramentarij: nempe, re-

pe, remissionem peccatorum & vitam æternam: sed das  
mnationem & iudicium: quia non percipiebat Iudas be-  
neficia Christi, & fructum eius cibi salutiferum. Sic quan-  
do dicit: impios non sumere carnem Christi spiritualiter:  
ad fructum carnis respicit, non autem ad substantiam: que  
duo vos Sacramentarij confunditis. Sed & verba ipsa Au-  
gustini ad manducationem spiritualem respiciunt: de qua  
Ioan.<sup>6.</sup> fit mentio. Nam illuc expresse dicitur: Qui man-  
ducatur meam carnem, & babit meum sanguinem, in me  
manet, & ego in illo. Et esto sane. Multa Augustinus &  
alij Patres scripserint periculosè: an propterea fides ortho-  
doxa cum illorum scriptis periclitabitur? an tu plus Augus-  
tino aut Prospero tribues, quam Paulo, electo Dei orga-  
no, qui in tertio coelo suam Thæologiam didicit? Atq; heus  
tu Lamberte, audi, quid idem hic Augustinus, quem falsò  
pro tecitas, verè pro nobis dicat. S. de Baptif. Sicut Iudas  
(inquit) cui buccellam tradidit Dominus, non malum acci-  
piendo, sed male accipiendo, locum in se Diabolo præ-  
buit: sic quisque indignè sumens Dominicum Sacramen-  
tum, non efficit: ut quia ipse malus est, malus sit: aut, quia  
non ad salutem acceperit, nihil accipiat. Corpus enim &  
sanguis Domini nihilominus erat etiam in illis, quibus dis-  
cebat Apostolus: Qui manducat indignè, iudicium sibi  
manducat. Audi, quid tuus dicat Theodoretus, in Epist. ad  
Cor. Non solum undecim Apostolis, sed & Iudæ prodigio-  
tori pretiosum corpus & sanguinem impertijt. Qualis tibi  
videtur Vbiquitarius esse Augustinus? qualis Vbiquista  
Theodoretus? quales hi sunt Vbiquitatis Apostoli?

Hactenus uno modo respondi, tuamq; ridiculam di-  
stinctionem manducationis Sacramentalis ex verbis Apo-  
stoli conuelli. Sequitur altera responsio. Nam, quod tu di-  
cis, pios manducare sacramentaliter, cum signa edunt, pa-

*Alter a confute-  
rio: qua falsa di-  
stinctio inter dn-  
as manducatio-  
nes, conuelliatur.*

nem & vinum: spiritualiter, cum ipsum Christi essentiale corpus & sanguinem reuerâ participant: nescio vtrum ludas, an rem serio agas. Quomodo enim sit sacramentalis manducatio, quæ nuda tantum percipit symbola, & solo *i. Cor. 11.* pane & solo vino fruitur? Num sanè domos non habetis ad edendum & bibendum? an Ecclesiam Dei contemnitis, & puden-  
tias eos, qui non habent: aut, quomodo ipsum corpus essen-  
tiale Christi, quod pro nobis in mortem est traditum, pos-  
test fide accipi, & spiritualiter comedî & manducari? quæ  
nam ista rei corporalis specialis manducatio? nisi prorsus  
ea, de qua Ioan. 6. Christus loquitur: quæ inter hæc sit pro-  
portio? quid vobis dicam? laudabone vos? in hoc vos non  
laudo? Quid? quod paucis verbis interiectis, corpus Christi  
rem significatam, pane tanquam signo exponis: quod tu  
modo essentiale corpus, & reuera participatum à mandu-  
cantibus aiebas. Dicis enim de manducatione piorum:  
*Signa sumunt ore corporis,* rem autem significatam, id est, ipsum  
corpus Christi, ore animi, id est, fide. *Signa ipsa praesentia,* corpo-  
rali & locali praesentia modo: rem vero significatam, id est, car-  
nem & sanguinem Christi, virtute quidem, spiritu ac efficacitate  
sua praesentem, corporalis autem & localis praesentia modo longis-  
simè absentem. Quo teneam varie mutatum Proteanodo?  
Nam modò putabam, pios ipsum essentiale Christi corpus  
reuera participare: nunc audio ipsos, præter nuda symbola  
nihil manducare: sed longissimè absens Christi corpus,  
non reuera, sed ore animi, imaginatione & sola fide percipere. Ecquid te pudet, homo audacissime, cum Berengariano, Vualdonismo, Albiganismo, Vuiclefismo, tam impudenter in Ecclesiam Dei redire: tam audacter  
populo Christiano illudere? Abi in malam crucem, &  
quod dignus cum tua isthac religione scelus: & tuam sa-

cramentalem atque Corinthiacam mandationem tibi  
tuisq[ue] reserua: neque Germaniae nostræ Ecclesiæ & scholæ,  
cum tuo versipelli Caluinismo, tanquam Empusa, aut  
larua perterreas, ne ue perturbes. Nisi enim desinas nos  
bis molestus esse: mox & nos & nostros Principes atque  
Theologos, in sua religione defendenda, & profligandis  
perturbatoribus, viros esse senties. Satis puto tuam du-  
plicem sacramentalem mandationem eneruatam atque  
explosam esse. Itaque de dupli ci tua spirituali manduca-  
tione, quam subiungis, nihil dicam: cum eiusdem sit faris-  
na, ex qua prior illa cocta est: ambæ admodum crudæ,  
admodum insulsa. Neque ostendam, quām frivolum hoc  
sit, quod contendis, carnem & sanguinem Christi essentias  
leū, absque fide non posse accipi. Nam & in hoc, & in ihsu,  
quæ sequuntur, turpisimè te hallucinari, ex suprà commis-  
moratis manifestum est.

Etsi enim tu apertissimum, & luce meridiana clarius  
testimonium D. Pauli, contra te productum eludere cos-  
naris: quasi Paulus dicat, indignos panem & poculum Do- *Violenta inter-*  
*rum D. Pauli de*  
mini, id est, signa ipsa edere, non autem ipsummet Christi pretatio verbo-  
corpus: quasi Paulus eos idcirco reos corporis & sanguinis *manducazione*  
Christi, libicq[ue] iudicium sumere dicat: quod corpus Domini *impiorum.*  
ni sumere neglexerint: non autem, quod sumpserint: quasi  
idcirco dicat, non dijudicare impios corpus Domini, quia  
panem sacramentarium non discernunt a vulgari: tamen  
ista suffugia & ludibria, adeo te non iuuant, vt potius no-  
ceant, & contra te militent. Hoc vt intelligas, aures arrige  
Lamberte. Nam primum violenta est, & è sacramentario  
cerebro allata interpretatio: cum dicis, indignos panem  
& poculum Domini, id est, signa ipsa edere, non ipsum-  
met corpus Christi. Nam præcedentium verborum inters *Refutatio falsa*  
*pretatio sumi* debet ex sequentibus: vbi Paulus aperte *interpretationis.*

dicit, illos corporis & sanguinis Christi fieri reos. Quod dis-  
 cere non potuisset, si impij tantum nuda symbola accipie-  
 rent. Deinde, quod tu dicas, sic circa fieri corporis reos, &  
 sumere iudicium, non quod sumpserint, sed quod sumere  
 neglexerint: facis dicendo & intelligendo, ut nihil dicas,  
 nihil intelligas. Nam quomodo quis fiat reus illius, quod  
 non sumit? quomodo iudicium sibi quis sumat eo, quod  
 sumere negligit? Satin sanus es, qui isthac dicas, quæ ne-  
 mo hominum fando vñquam accepit? Paulus aperte dis-  
 cit, indignos sibi sumere iudicium: quia non discernant  
 corpus Domini: tu contraria, ideo dicas, sibi indignos sumere  
 iudicium, quia panem Sacramentarium, id est, signum cor-  
 poris Christi absentis, non discernant ab alio pane vulgari.  
 Ecquid te pudet, mucide homo, tam audacter Spiritu  
 sancto obloqui? At obsecro te, si panis Sacramentarius, sa-  
 cramentaliter & dignè sumptus, est signum tantum corpo-  
 ris Christi, & quidem longissimè absentis: quomodo dif-  
 fert ab alio pane? aut quodnam pīj Cingiani, sacramenta-  
 liter & dignè manducantes, discrimin inter vtrumq[ue] facie-  
 unt? Age iterum bone vir, dic mihi: si tu panem Sacramen-  
 tarium, credis esse tantum signum corporis Christi, in qua-  
 re differt ille panis sacer, à pane cibario? Atque ehadum  
 Danæe, cedo mihi, si tu credis corpus & carnem Christi  
 longissimè abesse, & à Cœna Domini tam remora, quam  
 longè distat supremum coelum ab infima terra: quānam  
 fide tu spiritualiter percipis carnem Christi essentialē?  
 quānam est illa fides tua, quā tam longe remotam rem,  
 verē & essentialiter percipit? Vtrum tua Sacramentaria &  
 perfida fides fortior sit, quam Christi corpus: ut hoc cœlitus  
 non queat (ex vestra opinione) descendere & adesse in  
 coena: tua vero languida, imo nulla fides, cœlos omnes per-  
 rumpere.

rumpere, & ibi corpus Christi percipere, possit: aut quo modo caro Christi, quam tu non credis adesse, tibi sit salutaris, tibi viuifica & Viden' quantum insanias Lambertem quas tu nobis φλυαγεῖς, quæ nugamenta hīc proferas: quis bus strophis & te ipsum & nos irrideas: Itaque te cum Prospero tuo (sī tamen ille tuus est) prosperē & belle valeat, & tuā valetudinem te curare iubeo: ne sī diutius ægrotare pergas, tribus Hellebori iugeribus postea sanari non possis.

Sequitur quarta reprehensio: qua dicas Sacra menta: *Quarta responsum & spiritalem mandationem ab Osiandro & Vbiſ ſo Danei ad ar quitaris non recte intelligi: propterea, quod noſtri Theo logi ſcribunt ac docent, in Sacramentali mandatione, carnem Christi ſemper quidem accipi, ſed non ſemper eſſe ſalutarem. Nam haec duo inter ſe pugnare dicis tu Lamberte: & affirmas, carnem Christi ſemper eſſe ſalutarem, ſumētibus: ac ſua virtute minus priuari poſſe, quām iſum ſolem ſua luce. Dicis item, panem & vinum μετωνυμίκας accipi pro carne, & signa eſſe rerum ſignatarum, atque id teſtibus Cypriano, Augustino & Theodoreto comprobante conari: ſed quia verba illorū non citas, ſomniare te in hac re, non vigilare, arbitror.. Quod autem dicas, carnem Christi ſemper eſſe viuificam, & non etiam mortificam: repondeo, verum eſſe, quod caro Christi ſuapte natura ſemper ſit viuifica in creditibus: fieri autem per accidēs, ut infideles, abuſu illius mortificantur ac damnentur. Si cut enim Sol ſua virtute & luce nō poſteſt orbari: ac nihilominus vna eademq; luce mundum illustrat: oculos hominis excæcat: ita neq; Christi corpus ſua virtute priuari poſteſt: quæ eſt, ut pios illuminet & ſaluet, impios excæcat.*

ac damnet. Potuisse ne aliquid afferre, quod concrete me,  
lius ficeret, quam hoc ipsum?

*Secundum Osi-  
andri argumen-  
tum: quod Sa-  
cermentarij re-  
ipsa à Lutheris  
dissentiant.*

*Responsiones  
Lamberti, &  
earundem con-  
futationes.*

*Pag. 33.*

Accedo nunc ad secundum argumentum, quo D. Osiander verissimè probat, Sacramētarios re ipsa à Lutheris dissentire: quandoquidem vos dicatis, corpus Christi tanto locorum interuallo à cœna Domini abesse, quanto abest supremum cœlum ab infima terra: nostri autem fateantur ac doceant, corpus Christi tam propè adesse in cœna, ut proprius adesse non possit. Hic tu primum respondes, eodem modo locutos esse Augustinum, Cyrillum, Theodoreum: idq; à Beza in quodam Possiaceno colloquio demonstratum esse. Credat hoc, qui volet: mihi non sit verisimile. Deinde dicis, has locutiones non de cœna, sed tātūm de signis intelligendas: quia caro & sanguis Christi à signis, id est, pane & vino, non autem à cœna, tam longe absint. Obsecro te Danæ, an nō lippis cucurbitas? qui inter Sacramēta signa, id est, panem & vinum, & inter ipsum sacramētum tam ineptè distinguis: quasi verò semoto corpore & sanguine Christi à signis sacramentalibus, nihilominus in ipso Sacramento corpus & sanguis Christi adesse polsis: aut quale hoc est Sacramētum, quod cum signis sacramētalibus nihil exhibet: vtrum tu Sacramentum non in terra, sed in cœlo, percipis? Fortè Pegaso subiectus in cœlum repente subuolas. Sed caue, ne cum Icaro aut Phæthonetur sum p̄ceps decidas. At quæso te Danæ, quæ nam tu nobis proponis ænigmata? quos gryphos? Ego enim in his nodis Gordijs soluendis, Dauus sum, non Oedipus. Audiamus nūc, quid ista Sphynx proferat amplius pro excusa Cinglianorum blasphemia. His, inquit, verbis non omnem ipsius Christi carnis & sanguinis præsentiam secludimus: sed eam tātūm, quæ ab Ubiquitarijs statuitur: nempe Σοφύλευτι, quam

## Lambertum Danæum. 29

quam appellant: id est, quæ corporalis præsentia modo fit: quoni-  
am ista coniunctio, & hic præsentia modus localem corporis Chri-  
stum in his terris necessariò propter corporis veritatem, re-  
quirit: & idcirco aut eius detractionem de cœlo, aut diffusionem  
ac dilatationem eius in immensum: aut unius & eiusdem Chri-  
sti corporis multiplicationem inducit. Quorum nihil est, non  
horribiliter blasphemum. Hactenus Lambertus noster Da-  
næus, Sacramentarius male feriatus: qui caput levè, corporis  
talem Christi in sacra coena præsentiam negat, propter  
multas atque horribiles absurditates hinc consectarias.  
Nam si Christus corporali præsentia in coena adesse statua-  
tur: necessario (inquit) sequitur, ut propter corporis veritas-  
tem, Christi corpus in terra adsit localiter, seu loco circum-  
scriptum: deinde, ut de cœlo per vim detrahatur, aut magis  
ca incantatione eliciatur: tertio, ut diffundatur & extendat-  
ur in immensum: aut postremum plura sint corpora Chris-  
ti. Quid nos ad hæc? audi Lamberte, & aures iterum ar-  
tige. Nam quod primo infers, fore ut ex nostra sententia,  
corpus Christi in terra sit localiter: id tu frustra infers. Nam  
si in pane & vino, quo Christus suo verbo semet alligavit,  
& ubi se affuturum esse promisit, nos carnem & sanguis-  
nem Christi adesse dicimus: non ideo sic vbique esse dicis-  
mus: quemadmodum Deus vbique est: non in terra, non in  
omnibus locis extensem atq; diffusum esse credimus: sed  
in eo pane, de quo dixit: Hoc est corpus meum: quod  
pro vobis in mortem est traditum: sed in eo vino, de quo  
dixit: Hic est sanguis meus: qui pro vobis effunditur  
in remissionem peccatorum. Neque propterea sequis-  
tur, locum esse concedendum in terris, in quo verum  
Christi corpus tangi & videri possit. Vos quidem tas-  
les estis Locularij: qui Christi corpus certq; coeli loco  
inclus-

inclusum esse dicitis, neq; tamē illum petentibus monstrare potestis: vtrum sit in Orientalian Occidental plaga, an verò tabernaculum suum in sole posuerit. Vos blasphemati & horribiles estis Nestoriani: qui Christum disceptatis, & Deum Christum vbiq; esse, hominem verò Christum vni loco affixum teneri dicitis: sicut in calce huius lóbri a me commonstrabitur. Ecquid beo te, cùm ista tibi obijcio, quæ animo tuo pænè exciderant? At neq; corporis veritas tollitur, si dicamus & credamus, Christum suo corpore & suo sanguine in omnibus illis locis esse & exhiberi: vbi coena distribuitur, & quò ille se metipsum suo verbo alligauit. Atq; audi tu Philosophaster argute: quoniam memorasti: dic mihi, an Christus suo corpore aquis in arcebulauerit, sepulcralem lapidem transferit, ianuam clausam penetrauerit, saluis corporis Physici proprietatibus: an verò secus: quid mussas lepidum caput Danæ: nunc quid dices, vt est audacia, spectrum fuisse: sed terribit, quod palpitandum se Petro in mari: & Thomæ in conclavitate gendum se præbuit. Reliquas absurditates, quas tu similares ex sententia nostrorum Theologorum comminisci minis, prætereundas iudico. Nam vna sublata absurditas, cæteræ omnes simul corruunt. Neq; tu multum largiris Osiandro, quando dicas, carnem Christi, cum pane in cena adesse οὐκέτι seu ὀὐδὲντες, non autem ταῦτα aut τοπικά προσορία. Nam remoto corpore & re ipsa à signis, etiam virtus illius remouetur: quod tam manifestum est, vt quadris mus puer intelligat. Ex quibus omnibus patere arbitror, nequaquam λογομαχιᾱ esse, hoc Sacramentarium certamen, sed grauissimam controversiam, de rebus maximis, & ad salutem animarum nostrarum pertinentibus: contraria, quam delirus scripsit & sentit Sturmius.

Tertiū argumentum, quo probauit Osiander, re ipsa *Tertiū argu-*  
vos anobis dissentire, petitum fuit a vestris conuicijs & mentum *Osiand-*  
contumelij: quibus nos nostrasq; Ecclesiās afficitis. Nam *dri, quod Cin-*  
*Lutheranos appellatis Cyclopas, Thyestas, Sarcophagos,* *giani rebus ipsis*  
*Hæmatopotas: doctrinā nostrā, duos pilos caudā equis,* *à Lutheranis*  
*næ, excrementum Sathanæ: Christum nostrum dicitis,* *discrepont.*  
Iouem Elicium, Deum panaceum, impanatum, pistum,  
tostum. Plura recensere animus exhorrescit. Hictu, bone  
vir, larvatus in scenam venis, & hisce flosculis atq; atris co-  
loribus monstrum Vbiquitatis ornari a vobis dicitis. At  
ego larvam tuam tibi nunc detrahām Danae, vt qui vir sis,  
omnes Lutherani videant. Nam si Torgensis Synodus, vt  
ipse ait, & nostri Theologi Vbiquitatem damnarunt: si ne-  
mo nostrorum, ac ne ipse quidem Brentius, talem Vbiqui-  
tatem vñquam statuit, necq; pro suo foetu hoc monstrum  
agnouit: quid opus erat illis conuicijs sententiam nostrorum  
hominum in controuersia de cœna Domini, afficere? cur  
corporalem præsentiam Christi in cœna vocatis Vbi-  
quitatem? cur stolidus ille Grammaticus per omnes casus  
eam declinavit? quid volunt sibi illa verba, sarcophagus,  
hæmatopota, Christus panaceus? an non coenam Domini,  
ut apud nos celebratur, aperte respiciunt? aut vbi nos dici-  
mus, quod vero Christi corpore, vero illius sanguine frua-  
mūr? utrum in doctrina, nescio qua Vbiquitaria: an vero  
in vñ S. Cœnæ? Quod si pari referre lubitum esset,  
dicerem ego, vos Calvinistas Artolatras, Artophagos, Oe-  
nopotas, & similibus cognominibus: quando vos præter  
nuda signa, neque corpus ipsum editis, neque sanguinem  
ipsum bibitis. Aut si vñ nobiscum editis & bibitis, iam  
eritis vñ nobiscum sarcophagi & hæmatopotæ. Quid vis  
amplius Danae? Nunquid vides tibi larvam egregie esse

Pag. 36. & 37. detectam, & purum putum esse tuum mendacium: quando dicis, ista vocabula, non ipsam sacro sanctam Domini canam attingere: non immensum illud & incomprehensibile Christi beneficium, quod ille benignissimus nobis in ea largitur, ferire: non gloriosam, & verè adorandam à nobis illam Christi carnem (quia caro est vngeniti) gloria etiam angelis ipsis beatis inenarrabili exornatam spectare: aut villo pacto (ita Deus ipse, grauius nominis sui vindex, sit vobis in extremo illo iudicio regnus) tantum tamq; augustum cæna mysterium aspergere: sed tenebrum Vbi quiccati monstrum perstringere: & quæ à te falso dicitur sequuntur.

Cinglianos doctores iure à nostris damnari posse.

Cinglianos errare: ideoq; doctrinam eorum damnandam.

Proximum nunc est, vt pro Osiandro contra te & Sturmium respondeam, ac probem: quod Cinglianis dogmatis assertores & propugnatores, cum suo dogmate à nostris iure damnari, & à Principibus Germaniæ procul artceri, & ditionibus suis exterminari debeant. Dicis tu, Osiandrum varia querere subterfugia, quibus robustissimum Sturmij argumentum & manus seniles elabi conetur. Primum, quia non Ecclesias totas, sed tantum errantes, & in suo errore pertinaces damnandos censeat. Hic tu bellus nugator tuos recte sentire, nostros errare affiras. At audi Danæ: si illi, qui Christum horum certo cœli loco includunt: dextram Dei loco circumscribunt: Christo homini suam Maiestatem derogant: ipsumq; de solio, in quo collocatus est. Gigantum more detrudunt: ipsum à cœna sua longissimè abesse contendunt: Christo dicenti, Hoc est corpus meum, obloquuntur, & aperte dicunt: Hoc non est corpus tuum, sed panis est tantum signum absentistui corporis, tanquam rei signatae: si isti homines errant, tu erras, tu, inquam, tu Danæ & tui similes Sacramentarij errant: Cinglianî errant: Calvinistæ errant. Alterum Osiandi

suffugium esse dicas: quod non Ecclesiæ damnari scribat, *Peruicaces Cin-*  
 quando error damnatur. Hoc quomodo intelligendum glanos doctores  
 sit, si supr'a non intellexisti, repetam tibi hoc loco Danœe. *cum errore da-*  
 Tertium Osiandri præsidium ita expugnare contendis: *mari.*  
 quasi falso Osiander scripsiterit, totas Ecclesiæ vestras non  
 amplesti ista dogmata, quæ nos priuatis iudicijs, atq; sine *Pag. 39.*  
 Synodo legitima (ita etiam de nobis loqueris) anathemati-  
 zemus: quasi falso scripsiterit, & tantum diuinarit: Dominū  
 inter vos, atq; in vestris Ecclesijs sibi septē millia reseruas-  
 se: qui non curuent sua genua coram Baal, id est (vt tu in-  
 terpretaris) qui veram & orthodoxam fidei vestræ confes-  
 sionē etiā inter vos ipsos non sequantur. Hic primum vide,  
 quid dicast tu, factiose Sacramentarie. Nam si tu illam Sy<sup>r</sup> *Damnationem*  
 nodum, in qua tres Electores Principes, & plerique Ger<sup>r</sup> *Calvinismi, &*  
 manice duces, ac potentissimæ vrbes communib; suffras: illius propugna-  
 gis & subscriptionibus atque sigillis suis, dogma Caluiniz torum factam à  
 cum & Cingliatum damnarunt, & illius propugnatores è Germania Prin-  
 templis & scholis suis exterminarunt: si tu, inquam, ho<sup>r</sup> *cibus & Theo-*  
 mō seditiose, istam Synodus vocas illegitimam, caue ne *logis esse legiti-*  
 tibi summi Principes grandem dicam impingant: & tu *mam: neque re-*  
 penam luas, vt scelerosus & nequam, non autem, vt pius *spicere totas Ec-*  
 Christi confessor, & sanctus martyr. Deinde, quod scribis, *clesias, ant ones*  
 nullum esse in Ecclesia Caluiniana, qui Vbiuitatem & *errantes: sed*  
 Manichæam ascensionem Christi approbet, nihil tu con-*tantum lupos.*  
 tra nos dicas. Nam in nostris quoq; Ecclesijs & scholis ne<sup>r</sup> *Vbiuitatem à*  
 mo est, qui illa propugnet: nemo, qui approbet: nemo qui *nemine Luthe-*  
 approbatorem aut propugnatorem illius audiat. Itaq; cum *rano approbari.*  
 figmento capitis tui, tanquam cum larua luctaris, quoties  
 Vbiuitatem oppugnare instituis. Quartū Osiandri presi-  
 dium, quo se aduersus Sturmij columnas præmunit: discris  
 men est inter pastores infidos & oues errantes: vbi docuit

Osiander damnatis & profligatis pastoribus, oves non ita  
*In Ecclesiastico* dem damnari. Quid tu ad hęc Danae; Primū ex senten-  
 foro non proce- tia legislatoris dicas, similem esse culpam in ouiculis prohibi-  
 di, sicut in poli- bira discere, & in pastore prohibita docere. Dij meliora.  
 tico: neq; oues se- Nam nos Theologi tam duri esse nolumus, vt eadem pce-  
 ductas ibi plecti na vtroscq; plectamus: quippe aquiores futuri erraticis ouis-  
 cum pastoribus, bus, quam nequam pastoribus. Scimus enim, quod sum-  
 ubi locus est pa- mum ius, summa sit iniuria. Deinde dicas, à Christo ducem  
 nitentia. cæcum, & qui ab eo ducitur, vna condemnari. Hoc idem  
 tecum fatetur Osiander, & nos omnes. Nam in foro ecclie  
 sti post hanc vitam nulli parcitur, nulli spaciū resipiscēdi  
 conceditur: quisquis ibi rationem reddere non potest suę  
 fidei, ille severissimi iudicis sententiam audit. At in Ecclie  
 sia locus est poenitentibus, & spaciū deliberandi ac resi-  
 piscendi conceditur: & oues errantes voce pastorum in  
 viam rediuntur. Quæ si Christi vocem audiunt, ab Ecclie  
 clesia recipiuntur: si respuunt, ab eadem excluduntur. Huc  
 pertinet Augustini sententia, quam tu pro Osiandro verius  
 quam pro te allegasti. Nam Osiander in Antisturmio  
 non pertinaces & hircorum similes oues, sed simplici qua-  
 dam opinione lapsas intelligit: quæ se erudiri, & meliora  
 doceri non inuitæ patiuntur. Atq; ego talium ouicularum  
 in Gallia, Anglia, Scotia, Belgio & Helvetia aliquot cente-  
 na millia esse iudico: quæ si nostros concionatores, de Chri-  
 sti, Dei & hominis, persona & maiestate, de illius in ccena  
 corporali præsentia, de fructu eiusdem differentes, & ex  
 verbo Dei concionantes audirent, vos lupos longe late-  
 fugerent: & quæ illorum hominum est æmulatio, semper  
 terno vos Christomastygas exilio multarent. Vidi mus  
 hoc auorum nostrorum memoria, à Valdensium poste-  
 ris fieri, apud quos opinio hæc sacramentaria de Christi  
 corpo

corpore, certo cœli loco comprehenso, & a cœna Domini  
 longissim'e remoto, vltra quadringentos annos durauerat.  
 Nam hi Lutheri concionibus lectis, sicut illi confessionem  
 obtulerunt, & in hoc articulo, de cœna Domini meliora  
 docti à Luthero, publico scripto testatum fecerunt: se à  
 Luthero veriora, quām à suis maioribus didicisse. Eaqe de  
 caula maiorum suorum religionem de coena Domini des-  
 seruerunt, & vocem Christi, per Lutherum repetitam, vls-  
 trofectatisunt. Quod autem tu affirmas, ne vnum quidem  
 esse, inter omnes Cinglianos, qui nostram Vbiuitatem  
 (ita enim vocas doctrinam nostram de cœna Domini) pa-  
 lam & aperte non repudiet: facis tu Danæe, vt te decet.  
 Nam his verbis clare significas, quod tu & similes tui lupi  
 rapaces, nostram doctrinam tantis conuicijs atque contus-  
 melij afficiatis: vt homines simplices seducti, nostram do-  
 ctrinam pro falsa & hæretica repudient. Calumniandum  
 enim vobis audacter, vt aliquid saltem nobis adhæreat.  
 Equidem vos de arce vestra Thabor, aliquoties deturba-  
 ti, & omnibus destituti viribus, hunc solum atripuistis e  
 cerebro vestro clypeum, Vbiuitatem nescio quam, aut cu-  
 ius Brentij filiam: quam nobis & alijs opposuistis, tanquam  
 Gorgona: vt oculos imperitorum hominum illa obstupe-  
 faceretis. Restat postremum præsidium Osiandri: quo su-  
 am ille sententiam contra iniquam Sturmij accusationem  
 tutatus est: nempe, exemplum Pauli: qui cum Galatarum  
 & Corinthiorum errorem damnaret: non tamen idcirco  
 totas Ecclesias damnarit. Hic tu ex verbis Pauli omnes &  
 singulos Galatas damnatos fuisse affirmas: quando insen-  
 satque amentes dicuntur Galatae: sed cum Paulus de illis  
 tantum loquatur, qui fascinati erant: & multi inter eos fue-  
 rint, qui meliora senserint: cur tu innocentes cum nocen-  
 tibus.

Paulus errore  
 Galatarum &  
 Corinthiorum  
 damnato, nequa-  
 quam totas da-  
 mnauit Ecclesi-  
 as.

tibus à Paulo damnari iudicas? quid an cùm Paulus dicit:  
 audio dissidia in vobis esse, & aliqua ex parte credo, omnes  
 simul Corinthios reprehendit & damnat? Aperi oculos  
 Danæe, & audi, quid Spiritus dicat Ecclesiæ. Nam quod  
 errantes Corinthios & Galatas, nihilominus vocat sanctos  
 & fratres, in eo non probat dogma illorum, sed damnat in  
 eo, in quo errant. Atque esto, quod tu scribis aliquoties,  
 dixerit Lutherus, Brentius & alij, Cinglium, Caluinum,  
 & Oecolampadium & alios, fratres, in familiaribus episto-  
 lis, quod tamen factum esse non concedimus: alio certe  
 fine id factum putes, quam quod dogma illorum approba-  
 re hac amica salutatione voluerint. Nam sic circa fratres  
 potuissent appellare: primum, quod de illorum emendatione  
 & resipiscientia prorsus non desperarent: deinde, quod singulare  
 Ecclesijs Caluini & Cinglij errorem huiusmodi non sequitur,  
 imo ex illis quidam eum aperte condemnarent: postea,  
 quod beneficia & dona Dei, per Euangelium, voce & ca-  
 lamo Lutheri renascens illis oblata spectarent: non eos erro-  
 res, quos illi sequebantur. Sed de hac re infra forte copios-  
 sius.

*Cinglianos in  
formula Con-  
cordia merito ac iniuste esse damnatas.  
105.*

Venio nunc ad illud caput Antiosiandri tui, in quo  
 doces, Ecclesiæ vestras in Nouo nouæ doctrinæ corpore  
 iure esse damnatae, & nouitatis suspectam reddis: perinde ac si idem  
 sit scribere Formulam Concordiæ, quod Nouum doctrinæ  
 corpus. Antequam ad tuas φλυαρίας accedam, non pos-  
 sum mihi temperare, quin acerbissimum tecum expostulem, &  
 pro gloria Germanici Imperij acriter aduersus Cinglianos  
 rum contumelias & factiones dimicem. Heus tu Lambert  
 te, quando nostri Principes, & status Germanici suas Ec-  
 clesiæ & scholas electis sceleratis perturbatoribus repul-  
 gant,

gant, & Calvinistas factiosos ejiciunt: & dogma illorum *Eiectis è Germania* dominant: qua fronte audestu, cum Coclite tuo dicere: *nia Cinglianis* quod Ecclesias Gallicanas, Anglicas, Belgicas, Helueticas nullam fieri vina & similes condemnent? Probè per gulam tu & illi mens exteris Ecclesiæ & titi estis: quando hanc Ecclesiarum Germanicarum pacts, *suis, que ad Impositionem in vestram fraudem susceptam esse dicitis. perium Germanicum non pertinent.* Quid Germaniæ Principibus, Electoribus, Ducibus, pro- censibus, vrbibus, negotijs sit cum Gallis, Anglis, Belgis, Helvetijs, in hoc negocio? Supra dixi tibi, quia non vul- tis idem sentire cum illis, nolite turbare illorum Ecclesiæ & scholas: & fratres vestros Sacramentarios aut domi- retinete, aut à nostris Magistratibus electos, hospitio ves- tro excipite, quantisper lubet. Idem nos facturi sumus, in excipiendis ijs, qui ex animo & vere nobiscum, & cum Christo ipso sentiunt, quando à vobis ejicientur. Dictatoriam istam potestatem in vos usurpatam esse, à quibusdam Theologis, tu mentiris: eandem à nemine fuisse demandata, itidem mentiris. Abi ad summos Principes & Electores, atq; interroga: & te per gulam tuam mentiri facile inuenies. Etsi enim hoc institutum non statim ini- tio, omnibus Imperij ordinibus arrisit: tamen dubium non est, quin illi ipsi, qui cunctati sunt hactenus, vbi vestras fraudes, dolos & machinationes seditiosas probè intellexerint, idem facturi sint, quod cæteri fecerunt Princi- pes. Age nunc videamus, quomodo tu factum Ger- maniæ Procerum & Theologorum, tanquam iniustum condemnes.

Primi argumenti  
Danei, quod in-  
fiat ab inimico & suspecto iudice: vt, cum Athanasius es-  
set damnatus à Theophilo Antiocheno Episcopo: quem mula Concor-  
tamen die, refutatio.

tamen alij Episcopi absoluenterint. Respondeo : si iudex ini-  
micus sit personæ , eamq; priuato odio persequatur, ac nis-  
hilominus in bona causa illum damnnet, iniq;ssimam hāc  
esse damnationem , vt quando Theophilus priuato odio  
damnauit Athanasium , cuius tamen religionem non im-  
probabat. At nostri, quia religionem vestram improbant,  
& causam vestram omnino malam esse iudicant: iccirco  
vestræ cause patronos & defensores domesticos, damnati:  
nullo priuato odio, sed publico Cinglanae doctrinæ odio  
adducti. Neq; in propria causa sunt iudices: sed in causa  
publica , quæ totius Germaniæ Ecclesiæ reformatas con-  
cernit. Hic liberum est nostris Principibus, aut Pontificem  
aut Lutherum audire: Cinglio & Caluino cum suo dog-  
mate , vbiuis terrarum locus esto: dummodo non in  
Germania. Requirisetiam iudices in hac controuersia dis-  
rimenda severos & sanctos : quales ab Osiandro non ade-  
mitti affiras. Hinc malitiose colligis : nostros homines  
ex vitiosis affectibus animi , non autem ex vero charitatis  
studio in hac tota condemnatione egisse. Præterea dubitas,  
vtrum ad dijudicationem huius controuersiæ boni viri in-  
ter Vbiquitarios (id est , Augustanae confessionis socios)  
reperiri possint. Ad hæc omnia paucissimis respondeo:  
primùm, quod multis iam annis vobiscum publicè & pri-  
uatim disputatum sit : tot contra vos libri editi , tot libri  
vestri à nobis refutati : vt eadem rem iterum tractare, si  
actū agere, & Penelopes telam retexere. Deinde , quod in  
disceptationibus sacrī viros graues & sanctos ab Osiandri  
veritatis studio iudicare dicis: vtrumque vanum, falsum, si  
stum est: & tu splendide mentitus es. Postremo, quod bo-  
nos viros in Vbiquitarijs desideras: dico ego tibi, quod no-  
stri

*Iudicium Danai  
de Lutheranis  
Theologis.*

stri Theologi, quos tu vocas Vbiquitarios & epulones, vi- *Quales viri sine*  
*risunt graues, p[re]i, sapientes, humani, constantes & veraces: Lutherani Theo-*  
*tui vero, pleriq[ue] omnes, exceptis paucissimis, subdoli, fraus logi.*  
*dulenti, cuiuslibet rei simulatores & dissimulatores, factio-* *Quales contra*  
*si, perfidi, periuri, turbulenti, mendaces, & quorum ex ore Cingiani.*  
*ratisimè exit veritas.*

Secundo loco, in aciem producitur legitima erroris *Secundi argu-*  
*damnatio, per Synodum suscipienda: eaq[ue] Apostolorum menti refutatio:*  
*exemplo comprobatur. Responderat ad hoc Sturmij effu-* *quid etiam sine*  
*gium noster Osiander: qu'od ad erroris damnationem non Synodo errores*  
*semper opus sit vniuersali Concilio: quando ne in illa qui possint iuste da-*  
*dem Synodo Hierosolymitana omnes affuerint Apostoli, manari.*

Sed tu Lambertus nihilominus instas, & illam Synodum  
 fuisse vniuersalem (de qua re non disputabo tecum) & vos  
 non nisi vniuersali & Oecumenico Concilio damnari pos-  
 se contendis. Quid ais Byrrhia? An Calvinismus non  
 idem est, quod Berengarianismus, Waldensius, Vaicle-  
 simus? an istæ hærefes nullis vniuersalibus Concilijs da-  
 mnatae sunt? Dicas fortasse, à Pontificijs & Ecclesia malis  
 gnantium esse damnatam hanc doctrinam. Quales quales  
 illi in alijs doctrinæ partibus fuerint, certe hunc errorem  
 iuste damnarunt. Sed audi: an non aliquot conuentus ce-  
 leberrimi acti, in quibus contra tuæ farinæ homines, & plau-  
 eide disputatum, & graviter actum fuit? Et vt nulla hac te-  
 nus esset instituta Synodus: heus tu, an non licet singulis  
 Germaniæ Principibus in suis Ecclesijs, quarum sunt nu-  
 ticij & patroni, Synodos & Conuentus agere Ecclesiastis  
 acie cum Calvinistis disputare & disceptare: victos in  
 dicto non audientes suis finibus excludere? Quasi vero  
 Principes Germaniæ, vt seditionis & turbulentissimus

quisq; Calvinista, pacem Ecclesiæ turbare aggreditur: statim ex vniuersa Germania, Gallia, Anglia, Scotia, Belgio, cæterisq; regnis & nationibus, conscribere & conuocare debeant præcipios Theologos ad causam paucissimorum hominum cognoscendam & dijudicandam? Quæ enim D. Osiander de Anabaptistis per vos damnatis cōtra Sturmiū retulit, & tu repetis: ea omnia contra te ipsum militant. Nam in singulis Germaniæ oppidis, in quæ pestis Cingliana furtim irrepserat, publicè causam suam in Synodis Calvinistæ egerunt, ex quo certamine cum victi, & Dei verbo refutati discessissent, damnati quoque sunt: sed prius præsentes ipsi auditi. Quid igitur obijcitis nobis, vos Sacramentarij, quod vestri homines inauditi & absentes cōdemnentur, & quidem ab alijs publica rotius Ecclesiæ voce & Synodo, quanta maxima proportione temporis haberi potuit? Præterea iij sunt Calvinistarū errores, ut aperte cum Dei verbo pugnant, & fidei fundamentum de persona Christi, de ascensione illius ad cœlos, de fessione ad dextram Dei patris, de præsentia illius in cœna Domini, citra controuersiam euertant: & tamen hactenus pañim locorum cōgregatis Presbyteriis in Synodo auditii sunt. Sed agite, si vultis, o Cingliani, impetrare à Romano Cæsare, Regibus Gallicis, Angliæ, Scotiæ, Hispaniæ, Belgij, cæterisq; Ducibus, ad huius cause cognitionem vniuersale Cōcilium: ad quod ex omnibus dictis locis Theologi vestri conuocentur: non dubitatunt nostri Theologi vobiscum iterum placide cōgredi, & coram toto Christianismo suam causam agere. Nam optima freti sunt conscientia & spe, se non minus via voce, qu'att scriptis libris huc usque factum est, dogmatis Cingliani impietatem toti orbi terrarum communis stratueros esse. Cum autem ægr'e hoc impetraturi sitis, & neq; vos arbitrium & causæ dijunctionem penes nos, necq;

# Lambertum Danæum.

41

de quibus nos penes vestros stare concessuri simus, frustra ad Synodum prouocatis. Consultissimum erit tibi Lamberte, & tuis Caluinistis: vt in Synodos Germanæ Principum, quas singuli in suis ditionibus liberrimè agunt, vos non ingeratis: & tantisperdomi maneatis, dum nostri Principes vos accersant. Dixi tibi Lamberte: ne si tu posthac vltro reas, cum tuo dogmate quatiaris foras, ac postea tibi non predictum dicas.

Quæ tu de Africanis Synodis aduersus Donatistas, de Nicena contra Arrium, de Constantinopolitana aduersus Nouatum, & similibus profers, quia te nihil iuuant, nisi Imperatoris autoritate colligi talem Synodum impetres: ies circa ista in medio relinquam. Quod autem putas, non esse damnandum Cinglianismum, Schvvenckfeldianismum, Anabaptismum: quia tales Synodi institui non possunt, quales a te citatae, iam olim fuerunt: longe erras, mi Lambe, ac tui profecto me miseret: quod voti tui non possis compoñeri, vt cum dogmate tuo in uniuersali & Oecumenico Concilio pro haeretico condemneris: quando tu hoc tam audie efflagitas. De singulari Apostolorum autoritate & prærogatiua nullum est mihi tecum certamen, nulla inter nos dissensio. Neque nostri Theologi sua ex Apostolorum scriptis institutoritate quenquam damnant, sed autoritate Apostolorum, Damnatio falsorum dogmatum ex Apostolorum scriptis instituta. prolatis ex illorū scriptis testimonij: quibus error cuiuscq; enda. conuincitur, & ab ipsis Apostolis, per literas suas, nobis cum loquentibus, aperte damnatur. Sic ex capitibus naturæ Evangelistis & rudimentis Ecclesiæ, quæ nostri Theologi ex seculo pueri quadrimi Anabaptistas, Schvvenckfeldianos & Caluinistas refutare possunt. Quod ipsum tibi tā aperte demonstrare possum: qu' am clare Sol in meridie lucet, ubi sus-

F 2

dum

*Obiectiones Dani, quod sine  
uniuersali Synodo nemo sit  
damnandus.*

dum est: nisi & libri & temporis ipsius compendium se-  
querer. Obijcis præterea (quod propemodum suissem ob-  
litus) Domini præcepta in veteri & nouo Testamento:  
quod Deut. 13. in condemnatione falsi Prophetæ, Dominus  
iubeat inquirere & peruestigare. Atq; hæc inquisitio, quo  
ordine fieri debeat, ex cap. 22, Iosuæ demonstras: & exem-  
plis quibusdam ex Malachia & Hieremia prolatis, confit-  
mas. Deinde, quod Christus peccata fratrum ad totam Ec-  
clesiam referri iussert, cum ait: si peccauerit in te frater, dic  
Ecclesiæ. Et iterum: Quicunq; dixerit fratri suo, Racha, te  
nebitur Synedrio. Ex quibus omnibus hoc euincere cona-  
ris: quod Cingliani a nostris Theologis damnari, & fini-  
bus Germaniæ expelli non possint: nisi processu Iuridicis

*Reffonsio.* li ab vniuersali Synodo condemnentur. Sed cum frustra  
peti Synodus, ob causas ante dictas, modo audiueris, nihil  
ad has obiectiones respondebo amplius. Excipis deinde  
à tua Synodo & Iudaico Synedrio, conuentus nostrorum  
Superintendentum Ecclesiasticos: quandoquidem illi non  
vniuersæ Ecclesiæ speciem, sed vnius duntaxat Prouincie  
viri atq; autoritatem referant. Ipsum quin etiam nomen  
Superintendentis, tanquam superbum & arrogans cauli-  
laris. Nomen Superattendentis idem Latinis est, quadam  
consuetudine, quod Græcis Episcopus, quem etiam pos-  
sis obseruatorem dicere. Nam eos vocamus nos Superat-  
tendentes, quos Paulus vocat Episcopos. Hi enim super  
vita & doctrina Diaconorum attendunt, & illos obseruat:  
sicut ordines hos in Ecclesia & gradus ipse Apostolus dis-  
tribuit & constituit. Quid tu igitur cauillaris, præuarica:  
tor Lamberte: an tu nobis omnium rerum bonarum, om-  
nium ordinum subuersione, perinde, vt vobis Caluinis-  
tis, arridere iudicas? Quid; an tu conuentus Ecclesiasti-  
cos,

*Nomen Super-  
attendentis de-  
fenditur.*

eos, qui in singulis Germaniæ Prouincijs sunt, hanc potest  
 statem à Deo & suis Principibus obtainere non censes: ut  
 repudiatum & eruatum Caluinismum eiusq; sectatores,  
 & suis Templis & Scholis exterminare non ausint: nisi hoc  
 illis, a populis exteris, Gallis & Belgis permittatur? Quæ  
 ista tyrannis exterarum gentium in Principes Germaniæ,  
 quæ malum, ista seditiosa Caluinistarum audacia, ad-  
 versus Imperium Germanicum? Dicis enim aperte: Sed  
 ne in ipsa quidem tota Germania Synodus collecta, vniuersam  
 Dei Christianam Ecclesiam representat: quoniam summo Dei  
 Opt. Max. beneficio impletum est, quod olim Dominus per suos  
 Prophetas prædixerat: nimirum, ut per vniuersum terrarum or-  
 bem diffunderetur vera ipsius Ecclesia. Nam & in Anglia, &  
 Scotia, & Polonia, & Gallia, & Helvetia & Rhætia vere Chri-  
 stianæ Ecclesiæ florent: quarum neque iudicium aspernandum  
 est, neq; consensus: & omnium autoritas plus, quam unius Ger-  
 manie, id est, unius tantum Prouincie & partis Ecclesiæ valere  
 debet. Deum immortalem, ut ægræ facit Cinglano Sathanas  
 nœ: qu'od in Germania domicilium non habet, & præter  
 pauca diuerticula vix in hoc amplissimo Regno sedem in-  
 venit, ubi caput reclinet. Miserum profecto Diabolū Cal-  
 uinistarum: qui tam pingues & nitidas culinas deserere  
 cogatur, neq; cum sex viris epulonibus vna assidere, vna  
 coniungi possit. Quid cessas tu miser Diabole: cur non ef-  
 ficiis, quibuscumq; artibus (dolus an virtus quis in hoste re-  
 quirat?) ut Romanus Imperator, Senatus Germanici Im-  
 perij, Reges Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Scotiæ, Belgij, Da-  
 niæ, Suetiæ, Poloniæ communibus suffragijs indicant  
 ne haereseos, immo à damnatione liberentur, & in eandem  
 societatem cum Germanis admittantur. Potuisti Berenga-

rianorum, Albigesiorum, Valdensium, Vniclesitarum causam in vniuersali Concilio audiendam & cognoscendam producere: & Caluinistarum ac Cinglianorum causam ad vniuersalem Synodum referre non potes? Age festina Sathanam Caluinice: nam quæ tam sera moratur segnities!

*Tu potes vnanimes armare in prælia fratres,  
Atq[ue] odijs versare domos: tu verbera templis  
Funereasq[ue] inferre faces: tibi nomina mille,  
Mille nocendi artes: facundum concute peclis:  
Disjice compositam pacem: sere crimina belli:  
Arma velit, poscarq[ue] simul, rapiatq[ue] iuuentus.*

Vnum est, quod silentio haudquaquam prætereundum videtur, quando in hanc narrationem de Synodo instituta incidimus. Nam quo anno Theologi & ministri Ecclesiæ, qui hanc nostram professionem sequuntur, & quibusdam Germaniæ Ecclesijs electi sunt: cur vos Cingiani, prius illos non conuicistis erroris, conuocata tali Synodo, qualem à nobis iam requiritis, qu'ām illos ē sedibus suis ejaceretis: cur tum temporis tam altū fuit silentium, de cogendo Nationali Concilio? Responde Lamberte. Nam ego pro Osiandro satis respondi, de conuocanda Synodo legitima, quam Cingiani prius ex omnibus Nationibus cogi poscunt, qu'ām à Germanis damnentur. Quæ vero tu prolixè affers, de publica & priuata condemnatione interstinguendis, de duplice proscriptione membrorum Imperij, de duplice excommunicatione: & quæ multis Panū sententijs declaras: ea nihil contra nos faciunt. Nam situ & tui Cingiani talem Synodum impetrare poteritis, quales illæ fuerunt, de quibus tu tam prolixè & ociosè concionaris, nostri Theologi eam non subterfugient. Sed magna est stultitia, provocare ad vniuersalem Synodum, quæ institutæ non

non potest: sicut ex supra dictis manifestum est. Nam Germaniae Principibus nihil in hac causa vobiscum exteris negocij, suas illi Ecclesias repurgant ab ijs, quos dissentientes habent, & dicto suo non audientes. Hic à nullo hominum interturbari volunt. Quod ad vos attinet, colite religionem, quamcumque volueritis: & si Calvinismo non estis contenti, etiam Arrianismum (nam à Calvinismo ad Arrianismum proximus est aditus) manibus pedibusq; comprehendite, colite, sectamini. Quid ad nos religio Gallorum, Anglorum, Belgarum: Modo pro fratribus nostris vos met ne facietis: modo nostris Theologis, & nostris Principibus in templis & Rebus p. suis nihil negotij faceatis. Quoties dixi hoc tibi Lamberte: Sin adeò cupidi estis in eundi nobiscum amicitiam & religionis societatem: agite Cingiani, fratres vestros, qui à nostris Principibus & Theologis non agnoscuntur pro fratribus, primum ad vos recipite: nullum Germaniae Principibus negocium, nullas turbas date. Deinde, vbi vtrinque Ecclesiae & nostrae & vestrae constitutæ fuerint, date operam, vt Reges & Principes vestri de instituenda vniuersali Synodo cogitent, in qua dissidium Sacramentarium componatur. Idem nostri facient Theologi, & apud suos Principes instabunt singuli: vt status Imperij nullis in hac re sumptibus parcāt. Neustri interea alteros in suo iure prohibeant: & singuli Principes & Magistratus, pastores secus docētes, quam ipsorum synodis Ecclesiasticis & Superintendentium conuentibus probetur, compescant, arceant, exilio multent. Nostris equidem vos non turbabunt, non impedient, vobis non obloquentur, nō obstrepent: sed vestro vos iudici permitteat. Hoc idem si vos exteri, & ab Imperio Germanico alieni homines feceritis, magnā ad futuram pacificationem se-ncistram aperueritis,

Caterium,

Tertij argumē- Cæterū, quod Osiander inter alia scripsit, argumenta-  
ti, quod iniquē ta Cinglianorum a se & nostris Theologis diligenter esse  
damnentur Cing- examinata, eaq; deprehensa pugnare cum verbo Dei: hoc  
gliani in novo tu varie cupis infringere: primum, quia libri vestri a nostris  
libro, refutatio- non legantur, sed more Pōtificio prohibeantur, sicut Exe-  
cat, magnam esse Cingiani dogmatis varietatem, præfer-  
tim in declaratione verborum: HOC EST CORPVS  
M B V M.

*Alibris Calui-  
nistarum nem-  
inem Lutheranū  
Theologum pro-  
hiberi,*

Ad utrumq; breuiter respondeo: primum, quod libri Caluini & simillim non excutiantur e manibus omnium lectorum, sed tantum teneræ & lubricæ suuentutis, & simpliciorum: qui nondum in fundamento Religionis confirmati & roborati, lectio talis libri facile possent deduci. Sunt enim multa ingenia contentiosa, quæ præcipi iudicio feruntur, & inter dissidentes opiniones non possunt statim dijudicare. Confirmati autem iudicij Theologis, lectio librorum Caluini nunquam fuit prohibita. Exe- gesis Saxonica, inscio atq; inuito Electore Saxonie, & con- uento Ecclesiastico ignaro, fraude & dolo paucorum hominum confabricata fuit, non sine maxima Electoris Saxonici indignatione & contumelia: perinde, ac si ille in libri istius editionem consensisset. Quare optimus & sapiens Princeps, librum in fraudem suam scriptum, e medio iussit tollere. Quod factū si tu improbas: vide, quid dicas, aut quid scribas Lamberte. Deinde, quæ tu de varia interpretatione verborū (HOC EST CORPVS M B V M) in nostros Theologos retorques, nullius sunt menti: cū totidem verbis negari possint, quotquot àte affirmantur. Postrem obijcis de Colloquijs, quod Cingiani in omnibus, quæ Marpurgi, Heidelbergæ, & Maulbronae instituta fuerunt, superiores eusaserint: idq; ex actis corundem

coramdefin probari posse affirmas: sed splendide te mentiri, qui tuae parti victoriam tam impudenter attribuas, acta testantur; quæ partim edita sunt, partim in archiuis Princium habentur. Subiungis item nonnulla ex Lutheri scriptis, quibus anno 1539. (quo primum cœpit caput attollere) & anno 1536. missis ad Ecclesiæ Helueticas literis, à Cinglano dogmate non admodum abhorruisse videatur. Sed legant æqui iudices Lutheri librum de cœlestibus Prophetis, & consimiles, contra Cinglianos ab eo editos: legant formulam Concordiæ Vuittembergæ conscriptam, & Syngramma Suevicum, & Confessionem Valdensium, anno 1542, à Luthero confirmatam: & videbunt omnes oculari virtutem, quam vana sint, quæ tu pro Luthero vobiscum sentiente, contra Osiandrum hic attulisti.

Nunc ad alia progrediendum. Docuit quarto loco Quarti argumenti, quod Cinglani iniuste Sturmius, ideo non debere damnari dogma & Dogmatizati, quod Caluinianos & Cinglianos: quia illis damnatis concorditer in illos Pontificiorum saeculam. Respondit tuo Sturz damnentur à mio Oliander, falsi dogmatis oppugnationem & condemnationem, ideo non esse intermittendam, quod alijs earum abutuntur, ad palliandam suam crudelitatem. Nam quanabutum ad Caluinismum damnamus, nequaquam Regibus Gallicis & Hispaniarum consilium, Caluinistas ferro & flamma persequendi, subministramus: nequaquam rogo Pontificio oleum suffundimus, ut tu opinaris Lâberte. Interrogentur omnes hæreticæ prauitatis inquisitores: an idcirco Caluinistas exurant, quia a nostris Ecclesijs dogma illud de coena Domini damnetur: Dispeream, si non omnes ex animi sui sententia dicturi sint, idcirco & illos & nos rogo iniiciundos, quia Rom. Pontificem neutri audiamus. Hic autem tu pro Sturmio tuo iterum solicitus, nos

bis varia obiectis: quod nondum constet, utr' nat' errent  
propterea, quod Ubiquitatis dogma sit falsum & planè  
nouum: quod nos inepte interpretemur verba institutionis:  
quod Christum negemus esse hominem: quod vna cū  
Pontificijs vos ad rogam damнемus. Sed hæc omnia es-  
se pura puta mendacia, ex suprà commemoratis manife-  
stum est. Nam neq; Ubiquitatem, qualem vos nobis at-  
singitis, amplectimur: neq; verba institutionis, per tropos  
& Metonymiam, vti vos, interpretamur: sed simpliciter,  
vti sonant, intelligimus: neq; Christum hominem esse ne-  
gamus, sed in societatem diuinæ gloriæ, quam vos illi adi-  
mitis, assumptum esse dicimus, fatemur & credimus: neq;  
etiam Ianienæ Pontificiæ vos exponimus: sed ex animo  
Galliarum & Belgij populis cōsolemus, quod per Cinglano-  
& Calvinianos Doctores, a fana doctrina Euangelica, per  
Lutherum restaurata, seducantur: & pro religione suæ de-  
fendenda ad arma incitentur. Optamus autem illis ouicu-  
lis veram Christi sui agnitionem: vt in medio ærumnar-  
um, illum apprehendere possint præsentem, non longili-  
simè distanter, & certo coeli loco à vobis inclusum. Ab-  
sit enim, vt nos furiosis Pontificum satellitibus gladiis por-  
rigamus: absit vt innocentes, & quadam ignorantia erran-  
tes, Magistratuī puniendo tradamus. Cum nostris Ger-  
manicis Ecclesijs, non vobiscum, nobis est negotium: Ca-  
rolstadium, Cinglum, Oecolampodium & Calvinum da-  
mnamus, quatenus illi nos suis scriptis damnarunt & op-  
pugnarunt, ipsorumq; asseclas à Germaniæ Principibus  
repudiari, è scholis & tēplis Germanicis exterminari per-  
mittimus: quatenus turbulēti homines, suis Magistratibus  
& Doctoribus, meliora ipsis è verbo Dei afferentibus, mo-  
rigerari nolūt: in Gallia, Anglia, Scotia & Belgia atq; Hel-  
vetia

tetia,domicilia , atq; hospitia illis non inuidemus : per nos  
 alibi viuant & valeant, dummodo in Germania locū non  
 habeant. Sed dices: Tamen Caluinū damnatis, & Caluinis  
 fias, expressis illorū nominibus. Respōdeo: quia Caluinus  
 Dogmatista est, & cōtra nostros homines, prēsertim Ioach.  
 Vvestphalū scripsit: & dogma illius cū Augustana Cōfes  
 sione non consentit: deinde Doctores Caluinistas Helueti  
 cos, Gallicanos, Anglicos, Belgicos, & alios omnes, contra  
 nos sentientes & statuentes, damnamus: id est, pro hæreti  
 cis habemus & proclaimamus, non vt illi e suis sedibus, id  
 est, ex Gallia, Anglia, Heluetia, & Belgio ejciantur: sed, vt  
 resipiscant: aut, si peruvicaces sunt, e tēplis Germanicis, Acas  
 demijs Germanicis, & Principū nostrorū scholis extermin  
 entur. Nam resipiscentē hīc excludimus neminem. Est  
 igitur fallacia secundum non causam, vt causam: quando tu  
 dicis, Lamberte: quod nostra condemnatio sit causa Pontis  
 sic̄furoris & tyrannidis, in vos grassantis, contra exem  
 plum Pauli damnantis Galatas, non, vt persecutionibus &  
 periculo capitis eos obijciat, sed vt in viam reducat, tu ridis  
 tula quædā & valde impertinentia affers. Nam quod dicis  
 Galatarum errorem fuisse apertum, & iam antē à Synodo  
 Hierosolymitana damnatum, vestram vero opinionē non  
 item: nihil dicis Lamberte. Vos enim de errore vestro iam  
 dudum estis conuicti: & ego in hoc libello blasphemias  
 tuas in faciem tibi obieci. Responde & tuo, & omnium  
 tuorum Sacramentariorum nomine ad ea, quæ suprā ob  
 iecta sunt tibi, & posthac obijci poterunt. Nam si tu dog  
 ma Cinghanum de persona Christi, de sessione illius ad  
 dexteram Patris, de præsentia in coena, absentia a signis,  
 de spirituali mandatione piorum, Sacramentali impiorū,  
 & alia, contra ea, quæ diximus tibi, rationibus inuictis des

monstraueris : statim Localitatem tuam acceptabimus, Cinglianis<sup>m</sup>um admittemus, exules & proscriptos suis sedibus restituemus. Dicis item, quod Paulus eos errores damnarit in Galatis, qui Iudeos quoque & Ethnicos suæ blasphemiarum conuicerint: vnde ipsi ad saevitiam in Orthodoxos Galatas excitari non potuerint: nostra vero condemnatio Pontificij errorum suorum patrociniū afferat: & agm. ad. τρία, Localitatem, præsentiam corporis in pluribus locis, & falsam eiusdem omnipotentiam stabiliat. Siste gradum Lamberte, ne euageris longius. Prouoco hinc ad conscientias omnium Pontificiorum, an nostra sententia, quam vos Vbiquitariam dicitis, an vero Cinglianorum opinio, cum doctrina Pontificia plus concordet. Nam si corpus & sanguinem Christi edentibus & bibentibus realiter exhiberi credimus: si haec eadem edenda & bibenda, non adoranda aut offerenda pro peccatis viuorum aut mortuorum dicimus: quomodo Missam stabilimus: si corpus Christi certo loco circumscribi negamus, sed incomprehensibili modo, in pane & vino esse, quo seipsum Christus suo verbo alligit, contra vos affirmamus: quomodo erroribus Pontificijs patrocinamur? At vos, vos inquit, dum Christi corpus loco circumscribi posse & debere affirmatis, cum Pontificijs egregie colluditis. Nam sicut illi corpus Domini suis sacrariis includunt: ita vos illud ipsum in certum cœli locum compingitis.

*Anno 1565.* cum amplius Lamberte. Annis ab hinc quindecim, Iesuita Ingolstadiensis Disputationem edidit, de Maiestate hominis Christi, eiusque in Eucharistia præsentia, aduersus Iacobum Andree, in qua ille præcipua Cingliani dogmatis fundamenta stabilit, confirmat & corroborat. Paulo post, eandem Disputationem Cingliani Vittebergenses, Vittebergæ (quo loco) D. Lutherus patum

parum cooperat primum conuellere) recudi curarunt, & illius scholæ typis exornari. An non intelligis, utrius partis dogma cum Pontificijs plus faciat: nostrum ne an versus:

Sequitur quintum argumentum Sturmij, quo probat *Quinti argu-*  
*menti refutatio,* Cinglianos non debere à Lutheranis & Vbiiquitas  
*condemnari: quoniam Lutherus & Philippus cum Calvino & Cinglio, toto vitæ tempore, amicitiam coluerint.* Ingens mendacium. Vbi est frons tua Lambertus? *giani à Luthe-*  
*Sed hic ait, ab Osiandro minutos Theologos, Amsdorffianis.*

um & Svencofeldium nominatos esse, qui Caluinistas ab initio non dilexerint. Miror, qua fronte hæc scribas: cum Ostander huius rei nullam prorsus mentionem faciat: necq; illorum meminerit. Nam Schyvenckfeldius, alter huius seculi Eutyches, necq; vobiscum, necq; nobiscum ullam vns quam coluit amicitiam: sed peculiarem sibi delegit Ecclesiam: quod omnibus notum est, qui libros eius lectitarunt, Quæ Lutheri cum Cinglio fuerit amicitia, libri utriusque testantur. Ex illis petantur testimonia, non ex quibusuis Epistolis familiaribus, siue veris, siue suppositijs. Nam missus Lutheru cum Cinglio conuenit, quem Brentio cum Bullingeru tuo. De Bucero quæ dicis, nullum habent pôdus ad perennem constantemq; amicitiam demonstrans, dam, vel cum Lutheru & Philippo, vel cum Cinglio & Calvino. Quis enim tam alienus est a memoria præteriti temporis, qui nesciat, Bucerum à Cinglianismo desciuisse, & Vrittebergæ errorem agnouisse & retractasse, & anno 1530 sententia Lutheri subscripsisse, priusquam iret in Angliam: quis nescit, Bucerum studio pacis & concordiae, inter Cinglium & Lutherum facienda, multa initio scripsisse, quæ neutri parti in præiudicium vel tum, vel etiam nuc-

cedere æquum est? Dixi ante de literis ad Brentium, paſſo  
 ante obitum ſrum, ab ipſo datis; in quibus ſententiā Bren-  
 tij per omnia approbat. Superet Philippus Melanchthon,  
 qui post mortem Lutheri (cuius in religione pius zelus  
 Cinglianos admodum exacerbauerat) varia tentauit. De  
 hoc viro quid ſentiam, tibi tam aperte dicam, quām tu de  
 Brentio dixisti. Magnā illi latidem & gratiam debet Get-  
 mania: quod bonas artes, Grammaticā, Dialecticā & Rhe-  
 toricā, editis libris ab interitu vindicauit: quod Chronicon  
 descriptis: quod Locos communes Theologicos pro initijs  
 discentium collegit, & alios bonos libellos composuit. Ma-  
 gnū quoq; decus ſibi comparauit: quod multis interfuit  
 Comitijs, & cū aduersarijs de religione placide diſſeruit. Sed  
 multo tamen maiorem laudem consecutus est Lutherus;  
 in controuersijs Ecclesiasticis: cui decuplo plus inerat eru-  
 ditionis ac scientiæ Theologicæ, quām Philippo. Hoc qui  
 non credit, is fateatur, ſe nihil habere ſalis Theologici in  
 pectore. Quām trepidus fuerit Philippus in Comitijs Au-  
 gustanis: quām timid'e omnia gesserit in propugnandare  
 Religionē, Sleidanus testatur. Ac niſi Lutherus, quītum Co-  
 burgierat, ſuis illum literis (quarum exempla ſuperfunt) a  
 patore & impio metu dehortatus atq; consolatus fuifet,  
 fortaffe Ecclesijs non bene consuluisse. Augustanam con-  
 fessionem ille tum temporis iuſſu Principum conſcripsit.  
 Sed eandem poſtea non magna cum laude, Lutherο &  
 & Principib; inſcijs mutauit. Quod autē Peuerus mul-  
 tas ſoceri & parentis ſui epistolae dididit, omnibus Brentia-  
 nis omissis, fecit, quod malus illi genius iuſſit. Et quod eas  
 ferē tantum edidit, in quibus Philippus dogma Cinglia-  
 num approbare videtur: ſicut & Sturmius in ſuis Antipap-  
 pis fecit: quid aliud, obſecrō, egit Peuerus, & illum inſecu-  
 tus

## Lambertum Danæum.

53

tus Sturmius, quām qu'od verenda patris sui, duo Chanaan  
toti Christiano orbi de...erunt? At Brentiani, eadē pūdē  
da, vbi cuncti potuerūt, palliarunt & contexerunt, suicp Prez  
ceporis manibus, quantis per licuit, pepercérunt. Maledi-  
cti ergo Chananæi, Peucerus & Sturmius, sint serui seruos  
tū Brentij, & omnium, qui Brentij doctrinā sequūtur. Ac-  
cusa tu quidē Brentium, ambitionis, inconstantiae, leuitas-  
tis, delirij, superbiae, auaritiae & affectati in Ecclesia imperij.  
Non sunt ista mediocris hominis Lamberte, quae dicas. Sed  
quia tot mēdacia dicas, quot verba ponis; nihil tibi, diaboli-  
co obrectatori, respōdebimus. Brentium long'e fuisse aliū,  
quām tu predicas, optimi & plurimi nouerūt in Germania  
viri, ac summi Principes, quib. ille notus fuit. Sed non con-  
tētus tot illi obiecisse crimina, etiā Cingliani moris eum in-  
simulas; qu'od bella seminare, classicū canere, & discordias  
excitare sit solitus. Hic emissa caui spirant mendacia folles.

Sexto & postremo loco, vrges tu Lamberte, exemplum *Sexti argumenti*  
nostræ Germaniæ Principiū, quasi illi cū pro Caluinistis *ti refutatio*, qua  
apud Regem Galliæ intercessissent, etiā dogma illorū ap' offenditur, me-  
probassent. Quasi vero pro Caluino, & Beza, & Vireto, ritō damnari  
ceteris c̄p Christi hominis oppugnatoribus, & nō potius, pro *Cinglianos*:  
seductis & miseriis quiculis, pro impuberibus, pro foeminis, *quod facilitate*  
pro senibus, pro infantibus, & in genere pro cūctis innocē-  
tibus intercesserint. Et vt maxime etiā pro Beza & illius si-  
milibus intercessissent: an iecirco doctrinam eius de ccena  
Dñi approbarint? Absit, quod dicas Lamberte. Sæpe magni-  
& boni viri pro sceleratis, pro furibus, pro homicidis inter-  
cedūt, vt mitius cū illis agatur, quām promeritisunt: an tu  
putas propterea eosdem furta & homicidia approbare? Er-  
ras Lamberte, si tu credis Germaniæ Principes, cōsensu &  
approbatione dogmatis vestri adductos, pro vobis inter-  
cessisse.

cessisse. Humanitas & mansuetudo illos huc impulit: spes de vobis concepta permouit. Num vel hac ratione cogitabant animos vestros posse mitigare: vt si intercessione illorum impetraretur pax, vos de vestris blasphemijis, vel tandem decederetis. At quando vident Germania Principes, vos ocio & tranquillitate, ad opprimendam Maiestatem Filij hominis, & sua facilitate ingratè abuti, longe aliter nunc animati sunt, quam olim fuerunt. Satin' putas tibi dictum Lamberte: quam probè Sturmius animos nostrorum Principum perspexerit! Atq[ue] hoc ad primam Antiosiandri partem responsum nostrum habeto.

## *SECVND A PARS Antiosiandri:*

*IN QVA MAESTAS FILII HOMINIS, ET CORPORALIS ILLIVS  
in Cœna præsentia oppugnatur à  
Daneo.*

**D**ROPONIS INITIO SVMMAM doctrinæ Cinglianæ de cœna Domini: vt nobis constet, quid vos Caluinistæ de illa sentiatis. Quasi id non satis ex præcedenti capite cuiuis mediocriter oculato apparuerit. Docetis, ipsam carnem & sanguinem Domini nostri Iesu Christi corporalis præsentia situ à sanguinis absentem, & nō in terris posiram, sed in cœlis residenter, tamen reuerā dari ac communicari singulis in cœna Domini, pane & vino ex fide vescentibus. Hoc est: docetis panem

panem & vinum in Sacramento non esse corpus & sanguinem Christi: docetis hæc verba, Hoc est corpus meum: hic est sanguis meus, figuratè & p̄fōrmativō, nō secundum p̄p̄t intelligenda: docetis, panem esse signum corporis Christi, tanquam rei signatæ, & illius quidem à signo ipso absentis: docetis, carnem & sanguinem Seruatoris à signis Sacramentalibus, pane & vino, quatenus sunt Sacramentalia tam procul abesse, quām abest supremum cœlum ab infima terra: nihilominus res istas significatas in ipso Sacramento adesse: docetis impios nuda accipere symbola, panem & vinum, & illam mandationem vocatis mere sacramentalem: docetis deniq; corpus Christi in coelis residere, certo loco circumscriptum ac definitum. Hæc omnia quām dictu absurdâ sint, quamq; impia & blasphemâ, est ex hac tenus prolatis abunde intellectum est: tamen opera p̄tium mihi facturus video, si denuo veritatem Dogma Cinglianarum propositionum examinavero, & octo argumentis, num esse damnabile.

Primum Osiandri argumentum tale esse dicis: Verba Primum Osiandri Christi, hoc est corpus meum, dicuntur de distributione panis, & Osiandri argumentū, vini in cœna Domini. Ergo, qui verum ipsum & essentiale corpus Christi ubiq; effe negant, vel cum signis S. Cœna corporali præstatutum. sentia coniunctum esse non concedunt, verbis Testamenti Christi Pag. 87. repugnare. Osiandri verba hæc sunt: Cinglianum dogma repugnat verbis Testamenti Christi, qui in ultima sua cœna, de distributione panis & vini diserte dixit: HOC EST CORPVS MEVM: HIC EST SANGVIS MEVS. Cingliani non quidem hæc verba, sed rem ipsam negant: affirmantes, Christi corpus tanto locorum interuallo à sacra cœna abesse, quanto summum cœlum à terra distat: ut suprà dictum est. Quare Cingliani Iesum Christum Deum & hominem, Seruatorem nostrum, mendacij ar-

H                  guunt.

guunt. Qui enim non credit Deo (inquit Ioannes) MENDA-  
CEM FACIT EVM, i. Ioan. 5. Quis verò non damnaret  
dogma, quod Deum nostrum mendacij arguere non veretur? Has  
stenuit Osiander. Quis non videt falsarij hominis Danai

*Pag. 89.* audaciam: qui quod reprehendere possit, ipse singit? Nam  
quod tu postea dicis: plus colligere Osiandrum, quam pre-  
mittat: quando aliud sit in coena, aliud ubique adesse: memi-

*Crimen falsi.* neris te cum figmento capitis tui pugnare. Hæc enim ver-  
ba (Ergo, qui verum ipsum & Essentiale corpus Christi ubiq[ue] esse  
negant) hæc, inquam, verba, tu Osiandrinis ex te addiditis  
quod non est boni viri, sed falsarij. Contra argumentum  
ipsum & vim verborum Osiandri nihil affers, quod non sit

*Confutatio Da- merè nugatorium.* Nam quod tu dicis, illa verba non es-  
se κερατοφυη, aut θόφορ αέριον, sed secundum vim, & κερα-  
topenet intelligenda, & ut supr'a, μετανυκάσκαι τροπικά acci-  
pienda: an non Cinglianum affers figmentum: καὶ πλεῖον  
οὐ φυλάχθει. Nam de hoc ipso inter nos & vestros  
controvèrtitur: vtrum in verbis Institutionis retinendum  
sit κερατοφυη, sicut in Testamentis debet fieri (vt ex legibus no-  
tum est) an vero querenda sit θάνατος, & tropologicum  
glossema. Distinctio illa, qua dicis, verum Christi corpus  
esse in Sacramento, non autem in signis Sacramentalibus,  
supr'a labefactata est. Locus Augustini aperte loquitur

*Locus Ioan. 6. ad* de verbis Christi, Ioan. 6. quæ dicit figuratè intelligenda:  
*cœnam referuntur* & manducare esse idem, quod credere. Sed quia Calvus  
*& Dan eo.* nus locum illum ad cœnam Domini, & verba institutio-  
nis non vult referri, vt tu ipse fateris: vide quanta in te sit  
leuitas, quod tui ipsius tam citio oblitus sis, & quæ supr'a ne-  
gasti, ea iam affirmes.

Secundum

Secundum argumentum Osiandri est hoc: Cinglianum dogma adimit Christo omnipotentiam: & affirmat ( vt Petrus Martyr scripsit ) Deo impossibile esse, efficere: vt verum corpus simul sit in pluribus locis. Nega, Scurm, si potes. Quis autem non damnaret tale dogma, quod primo fidei nostræ Christianæ articulo, de omnipotencia Dei reclamat? Contra hæc tu ita argumentaris: Qui committit Dei sapientiam, cum ipsius omnipotentia, is neq; Deum omnipotentem facit, neq; sapientem, neque ubiquitarij eam cum Dei veritate & sapientia aperiſſimè in certamen vocant. Ergo Ubiquitarij Deum neq; omnipotentem, neq; veracem agnoscunt. Minorem sic probas: quia nos negare dicis, Christum vero corpore esse præditum. Nam si verum habet corpus, tum erit loco circumscriptū: quando proprium est veri corporis, esse in loco, esse finitū. Hoc te tuus docuit Aristoteles, tuus Plato, tua ratio: quam in obsequium Christi captiuam debebas ducere: non ex illius dictamine scrutari, & examinare veritatem mysteriorū coelestium. An nescis, quod animalis homo non intelligit ea, quæ sunt Spiritus Dei? Ultimum cœlum, cum sit verum corpus, quod ex motu seu latione probant Philosophi, tamen loco non est circumscriptū, vt alia corpora. Hoc cum scias esse verum: tamen locum cœli vere, neq; demonstrare, neq; intelligere potes. Quod si hoc in natura rerum non potes, quanto minius in rebus diuinis præstare poteris? Atque audi Lambertum, Christi corpus nequaquam est tale corpus, quale meum atq; tuū. Nam nos meri homines sumus, nostra corpora mera sunt humana corpora. At homo Christus est etiam Deus: & humanitas Christi cum illius Deitate inseparabiliter est unita, & in unam personam ita assumpta: vt ubi sit Deus Christus, ibi etiam sit Deus homo: qualem tumet, ipsa veritate vinctus, paulo infra fateberis.

H 2 Quare

Pag. 89. & 90.  
Responſio Da-  
næum.

Confutatio.

Quare proprietates corporis Physici, vt sunt, finitum esse, locatum esse, & similes, gloriose & vnitio cum Deo, corpori Christi non ita competitunt, vt tu censes. Nam Aristoteles tale corpus nesciuit: ideoq; ab illius regulis hoc corpus excipitur. Et certe veritas Theologica & coelestis, longe præpollet veritati Philosophicæ. Etsi enim de corporibus mere naturalibus, siue simplicibus, siue mixtis, verè dixit Aristoteles, illa omnia esse finita, & πόπιγραπήτητο loco: tamen hoc de Christi corpore, quatenus ad dextram Dei locatum est, non est verum, cum sit corpus maiestate diuina præditum, atq; in Deum assumptum, & cum Deo vnitum vniuersitate hypostatica. Itaq; Christus homo ad dexteram Deicolas locatus est, supra omnes coelos ascendit, non, vt certo loco inclusus esset: sed, vt corporaliter adimpleret omnia; idem omnem potestatem in coelo & in terra, quatenus homo, non quatenus Deus accepit, idem Spiritum sanctum, sine mensura accepit. Neq; tamen propterea natura humana aboluta, aut Deificata est: vt docent Eutyches & Suencofeldius: sed diuina maiestate ornata, & perfectissima reddita. Scis enim & tu, quod etiam in anima superiores & perfectiores vires non destruant inferiores: sicut anima rationalis in homine, quæ est diuina quedam facultas, sentientem non tollit, sed perficit. Quando autem Christus dicitur, nobis esse similis factus per omnia, excepto peccato: verba illa de statu extinctionis intelligi debent, non de statu gloriae. Alias Christus etiamnum post ascensionem esuriret & sitiaret. Satin' putas contra Aristotelicam tuam Physiogiam tibi responsum Lamberte? Si non acquiescis, redi iterum in scenam, & larvam aliam indue. Nam si amictu prodibus Philosophico, & socco Aristotelico, tum san' tu ex theatro Theologico cum grege tuo profigaberis, & loco mortuaberis.

Tertium

Tertium Osiandri argumentum: Cinglianum dogma Tertium Osiander  
 relinquit nobis in cena Domini tantum panem & vinum, symbola dri argumentū  
 videlicet nuda, absq; corpore & sanguine Christi, & inbet nos ijs de Cingliani  
 Symbolis fidem confirmare: cùm Christus confirmandæ nostræ fidei dogmatis erro-  
 rans a non panem & vinum tantum, sed corpus & sanguinem suum re.  
 nobis exhibere velit. Quis hanc rapinam non condemnaret?  
 Osiander non ita dixit: *Qui vbiq; esse corpus Christi non con-*  
*sentire, relinquunt nobis in S. Cœna panem & vinum symbola Crimen fals.*  
 nuda. Non ita dixit aut scripsit Osiander: quasi ex hac ne-  
 gatione vestra, quando relinquitis nobis nudas symbola, se-  
 quatur vos negare essentiale Christi corporis Vbiq; ita-  
 tem, etiam extra cœnam. Quare iterum cum tua Vbiq;  
 tate monstræsa, à te & tuis Cinglianis ficta atq; excogitata,  
 luctaris. Sed quid ad argumentum? Negas sublatiis rebus  
 signatis, corpore & sanguine, esse nuda symbola panem &  
 vinum: quandoquidem ista simulacra rerum absentium,  
 nihilominus obsignent rem ipsam nobis dari. At si sunt  
 exhibitiua ipsius rei, quam designant (id enim affiras)  
 quomodo corpus & sanguis Christitam longè absunt à  
 signis, quām longe abest supremum cœlum ab infima ter-  
 ra. An tū putas panem & vinum in Sacramento talia esse  
 signa corporis & sanguinis Christi: quale signum Christi  
 venturi & passuri fuit Agnus Paschalis? Erras, si istuc crea-  
 dis, Lambert: & aperte Iudaizas. Nobis enim corpus ad: non confunden-  
 est, Iudæis fuit vmbra. Sed an non te pudet, qu'od affiras, da.  
 sacrificia veteris Testamēti fuisse Sacramenta carnis Chri-  
 sti immolanda: sicut hæc nostra sint signa carnis eiusdem  
 immolata: quis te pro Theologo agnoscat, qui nondum  
 didicisti inter sacrificia veteris Testamenti & Sacramenta  
 noui, inter sanguinem ouium & sanguinem Christi, inter  
 vmbra & corpus distinguere? Quasi vero Deus Patres il-

Ios propterea sit iudicatus, si non verum Christi sanguinem illis bibendum dederit, ut nobis: quasi fide illorum, qua credebant in Christum & Messiam venturum, contentus non fuerit: quasi figura agni Paschalidis, & signo pretutij, de fide & salute sua, Patres non certificati fuerint? De Baptismo, quod profers, aquam non esse nudum symbolum, etiamsi Christi sanguis cum ea essentialiter non sit coniunctus, respondeo tibi: Aqua sic circō non est nudum seu orbatum sua virtute, & vi salutifica spoliatum symbolum: quia coniunctum habet verbum & promissionem Dei: quid homo credens in Deum, ablutus illa, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, habeat remissionem peccatorum. Itaqꝫ lauacrum est regenerationis, & cōfert gratiam, & cum gratia Dei coniuncta est aqua Baptismi, propter Dei verbum, & Christi promissionem. An tu putas Spiritum sanctum regenerantem sua essentia abesse ab aqua Baptismi? Vide quid respondeas Lambert.

*Quartum Osiandri argumentum: quod Cinglianiana doctrina sit damnanda.*

*Nota: Lambertus panem & vinum hic vocat Sacramentum: supradixit signa Sacramentalia. Quomodo ista conueniunt?*

*Quartum argumentum Osiandri. Cinglianiani negant indignos sumere in cena corpus & sanguinem Christi. At Paulus affirmat: non modo pios, sed etiam indignos accipere in sacra cena Christi corpus & sanguinem, sed ad iudicium. Quare Cinglianorum opinionem, espresso Apostoli testimonio repugnantem, hanc impij solummodo panem & vinum, id est, Sacramentum accipient, non ipsam carnem & sanguinem Christi. Hoc ut probes, locum ex cap. Ioan. 6. adducis, & iterum ad votum tuum redis. Nam supradixeras, illud caput ad te nam non referendum. At nihilominus iam iterum tibi præsidium contra Vbiquitarios in illa arce collocas. Vides quantum sis impostor: quam nefarius Sycophanta. Deinde an. 6. ad cœnam locum Augustini & Hieronymi allegas, qui ambo protelmus refertur.*

minus nihilo faciunt. Sed præter supra dicta testimonia de mandatione impiorum, quæ ex Augustino & Theodoro apertissimè produxi, possem adhuc sexcenta afferre: nisi hoc alij ante me præstisset, & cramben apponere tam diosum esset. Postremo, iterum configis ad Iudaismum, & sacrificia veteris Testamenti: ut scilicet bonum Christianum esse te doceas: qui veritatem Sacramentorum Christianorum sacrificiorum Iudaicorum offuscet. Intellexisti Lamberte, cuius religionis sis homo?

Quintum argumentum Osiandri. Cingiani negant, Quintum Osiandum iuxta humanitatem assumptam (etiam in statu gloriae) andri argumentum maiestatis esse omnipotentem. Scriptura dicit, ei omnem potestum. statim in celo & in terra datam esse. Itaque Cinglianum dogma, quippe quod verbo Dei contradicite, reiijcimus meritò & damnamus. Audiamus quid ad hæc dicat Lambertus Danæus, ex Christiano factus Iudæus, de tribu Dan. Pernegat *Responsio Danæi*. Christum hominem esse omnipotentem: nam Christum iuxta humanitatem assumptam dicit, nequaquam esse omnipotentem: ne naturæ in Christo confundantur, neu essentiales proprietates, sicut ab Eutychianis factum, aboleantur: denique ne creatura deificetur. Deinde dicit, *Pag. 98.* communicationes Idiomatum seu proprietatum esse tantum verbales, non reales. Id est, Lambertus affirmit, Christum Deum homini Christo, in unitatem personæ assumpto, nihil rever'a, sed titulotenus tantum & vers botenus suam gloriam communicasse: vt, quando suffrages Episcopi Constantiensis, se Ascalonensem dicit Episcopum. Primum multa sunt, quæ inani metu Danæum, & Cingianos liberant: ne in errorem Eutychis incident: si cum sacris oraculis dicant, & credant, Hominem Christo omnem datam potestatem in celo & terra:

hominem Christum sedere ad dexteram Patris omnipotens: hominem Christum accepisse Spiritum sanctum sine mensura: hominem Christum ascendisse supra omnes coelos, ut adimpleret omnia corporaliter: in homine Christo inhabitare omnes thesauros sapientiae ac scientiae, & omnem diuinitatis plenitudinem corporaliter. Nam huc communicatio realis Idiomatum non parit confusione Eutychianam: quando Deus Christus dicitur dare: homo Christus accipere: ille perficere, hic perfici & sublimari. Sed caue tu Lamberte, ne vitata Eutychiana Charybdis Scyllam Nestorianam incidas: quando Christum hominem sua gloria, sua omnipotentia, sua maiestate spoliatur, adeo in angustum redigis: & a Deo Christo tam audacie reuallis. Nam saepe dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

*Sextum Osianderi argumentum.* Sextum argumentum Osiandri. Cingiani dicunt: Christum et tantum (iuxta assumptionem humanitatem) scire, que ad officium Iudicis pertineant: multa autem (eriam hodie in statu Maiestatis) ignorare. Scriptura vero afferit, in Christo redditos omnes thesauros sapientiae & scientiae. Quare Cingianum dogma, à sacrarum literarum testimonio dissentiens repudiamus & damnamus.

*Responsio Danais.* Concedit, loco usurpare aut foenoris, Lambertus Danista, Christum tali ornatum esse a Deo gloria, tali maiestate, tali scientia, tali potentia, qua supra ipsos angelos omnes ineffabiliter emineat. Sed hoc utrum ex animo

*Confutatio.* credat, qui corpus illius certo coeli loco inclusum affirmat, & ijs conditionibus subiectum opinatur, quibus nostra corpora subiacent (quando Paulus dicat, Christum excepto peccato, nobis per omnia factum esse similem) ego vehementer dubito. Nam si incomprehensibilis atque ineffabilis est Christi hominis gloria & maiestas, ut ipse fateris:

qua

qua fronde vos Cingiani hanc illius Maiestatem, non modo animo comprehendere, sed lingua etiam effari vultis? quo ore Christum hominem, eiusq; corpus ad regulas Aris stotelicas reuocatis? Negat deinde, Christum hominem cū 2. *Responsio Deo*  
Deo patre habere maiestatem & gloriam respectu origi<sub>n</sub> rei.  
nis, vel temporis, vel etiam generis: in quo verum dicit *Concessio*.  
Lambertus. Nam Deus Christus ab æterno fuit genitus à  
Patre; Christus homo cœpit in tempore, natus ex Maria  
virgine. Negat item Christi hominis gloriam, maiestatem, 3. *Responsio Deo*  
scientiam & potentiam cum Christi Deigloria, maiestate, nati.  
scientia & potentia pares & æquales esse numero rerum  
sciendarum & viribus agendi. Hoc est, credit & fatetur  
Dan Iudæus, hominem Christum non tot res scire, quot  
sciat Deus Christus: nō tot res agere posse, quot agat Chris-  
tus Deus. Itaq; infert, eundem Christum seipso & maio-  
rem & minorem esse. Duplicem præterea Christo sapien-  
tiam tribuit ex Lyrano: unam diuinam & aeternam, & Patri In *Ioan. cap. 7.*  
æqualem, illiq; essentialem, quia Christus est Deus Patri aqua. *Vers. 16.*  
lis: alteram autem creatam, & longè inferiorem, ac minorem illa *Pag. 99. & 100.*  
eterna & superiori, quam habet Christus etiam, qua homo est, in  
calo sedens, ad dexteram Patris, & summa supra creaturas omnes  
eminencia à Patre glorificatus. Lyranus, sicut & alij, quorum Confutatio ter-  
nomina tantum citas, ad statum exinanitionis respiciunt; tia *responsoris*.  
quando Christus, cum esset in forma Dei, non rapinam ar-  
bitratus est, vt esset æqualis Deo: sed semet ipsum inaniuit,  
forma serui assumpta, in similitudine hominum constitu-  
tus, & figura repertus, vt homo, humilem præbuit semet-  
ipsum: factus obediens usq; ad mortem, mortem autem  
crucis. Itaq; Christus homo, dum in terris obambularet, &  
verbo requiescente vires diuinæ non semper exercebat:  
multa vere ignorauit, quæ Deo Christo non erant ignota;

& sœpè homo Christus ibi non fuit, vbi fuit Deus Christus. Vnde de Lazaro, quem absens nouerat mortuum, dicit: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quod non fuerim ibi. Quomodo Christus norat Lazarum mortuum, cui in agone non præsto fuerat? non ne quatenus erat Deus? quis illi hoc dixerat? an non Deus Christus? At quomodo gaudet, quod ibi non fuerit non ne quatenus in forma servi sumpta, & in similitudine hominis constitutus, & figura repertus, vt homo, seipsum exinanierat, semetipsum humilem præbuerat? Ceterum, quod tu ad verba Lyrani assuis: Christum etiam, quia homo est, in coelo sedens ad dexteram Patris, & summa supra creaturas omnes eminentia à Patre glorificatus, longè inferiori præditum potentia & scientia, quam sit oritur & præditus Christus Deus: facis tu, vt homo futilis, & falsarius, patrem tuum Diabolum, mendacij fontem selectus. Vbi enim Christus dicit: Mea doctrina nō est mea, sed eius, qui misit me: ibi Lyranus sic annotat: non est mea per exercitium acquisitionis humanæ (sicut Aristotelis doctrina est Aristotelis, ex acquisitione & habitu cognitionis) sed eius, qui misit me: id est, data est mihi à Patre: quia filius secundum naturam diuinam, licet habeat eandem scientiam cum Patre: tamen habet eam ab ipso (sc. patre) ratione originis, ut superius frequenter est dictum: secundum vero naturam humanam habet aliam scientiam, scilicet creatam: non tamen habet eam per exercitium acquisitionis, sed ab instanti conceptionis infusam. Et sic soluta est quæstio, quæ quarebatur. Si quis hæc Lyrani verba protinus impietate stabilienda vel tantillum facere dicat: is tecum insaniat, oportet. Arguis deinde nostros Theologos multorum errorum, quos cum Eutychianis, Monophysitis & Monothelitis communes habeant. Dicis enim nostros homines

*Lyranus à falsario Danao de prauatus.*

*Verba Lyrani.*

*4. Responso Danai.*

mines cum Eutychē naturam humanā abolere: cum Monophysitis, ex duabus naturis vnam facere: cum Monotheitatis, ex duabus voluntatibus Christi Dei, & Christi hominis vnam facere, & voluntatem, & scientiam, & maiestatem. Sed longè aliter sentire & loqui nostros, ex ante dictis pas-  
 tuit. Nam neq; naturam humanam à diuina dicunt absor-  
 ptam: neq; naturam neq; voluntatem vnam: sed credunt &  
 docent, naturam humanam superstitem, in æqualem cum  
 Deo gloriam & maiestatem euentam, & hominem hunc  
 cum Deo ita vnitū: vt quicquid agat, & sciat, & velit Christus Deus, idem agat, & sciat, & velit Christus homo. Nam  
 nihil agit, nihil cogitat, nihil scit, nihil vult homo Christus,  
 quod ipsum non agat, non cogitet, non sciat, non velit Deus Christus. Et rursum nihil scit, nihil agit Deus Christus sine  
 homine Christo, propter ineffabilem coniunctionem &  
 communicationem duarum naturarum. De amicitia, quæ  
 inter duos est, Philosophi dicunt: quod sit idem velle, idem  
 que nolle. An propterea vnius hominis voluntatem cum  
 alterius ita permiscet, ita confundunt: vt fiant per essentias  
 am vna voluntas: Nequaquam Lambertus. Atq; ita (si lis-  
 cet parua componere magnis, & humana diuinis) Christi  
 hominis, & Christi Dei vna dicitur esse scientia, vna omni-  
 potentia, vna voluntas: non essentialiter, quod tui Monophysitæ, & Monothelitæ volunt, sed communicatiue, vt  
 ita loquar. Est enim communis homini Christo cum Deo  
 Christo scientia: communis utriq; virtus, communis pos-  
 tentia, communis voluntas: ita inter se ambæ coniun-  
 ctæ & vnitæ: vt Deus Christus nihil agat, nihil ves-  
 lit, nihil sciat, sine Christo homine. Quod autem tu  
 dicas, Cingianos non separare haec in Christo, uno eo, Quinta respon-  
 sio Danai, & il-  
 demque D E O & homine, sed tantum distinguere: lius confutatio.

N. B.

Pag. 102.

hoc quām verē dicas, mox patebit. Quod enim affiras.  
*Christum iuxta naturam assumptam, qua homo est, non ea tan-*  
*tum scire, quæ ad Iudicis officium pertinent: sed in vniuersum*  
*quicquid ad totum Mediatoris officium, quicquid ad Domini,*  
*quicquid ad Regis erga vniuersam Dei Ecclesiam munus, deniq;*  
*quicquid ad totius huius Mundii gubernationem pertinet, illud de*  
*omnibus creaturis scire, illud in omnes posse, illud de omnibus &*  
*singulis ordinare: illud in omnibus efficere, & efficacitate virtu-*  
*tit spiritus sui omnia implere.* Vtinam ex animo loquaris.  
 Nam si tu ita sentis, tum vna nobiscum, hominī Christo  
 suam tribuis omnipotentiam, suam omniscientiam, suam  
 omnipresentiam. Sed anguilla es, video: turc⁹ lubricitate  
 statim elaberis. Nam aduersus Paulum illico excipis: quod  
 in homine Christo, omnes thesauri scientia & sapientia  
 inesse dicantur comparare, respectu omnium aliarum cu-  
 iusvis generis creaturarum: vt reliquæ creaturæ, præ Chri-  
 sti scientia & sapientia, ne exiguum quidem particulam, aut  
 scintillam huius sapientiae habeant. Ego haec tenus credidi,  
 in Christo homine inesse omnes diuinæ sapientiae & sciens-  
 tiae thesauros, propter vniōnem naturarum hypostaticam.  
 Nunc audio, quod in Christo maior quidem sit sapientia,  
 quam in angelis, & omnibus hominū mentibus: sed com-  
 paratē tantum, seu Καὶ οὐ, non autem ἀπλῶς, intelligenda.  
 Quæ verborum Christi, Marc. 12. cap. de die & hora no-  
 uissima, quam filius hominis nesciat, genuina sit sententia,  
 & quam nihil faciat pro Cinglianis: alijs vos docuerunt ha-  
 ctenus solide & eruditè. Sed vos οὐληρόν λέγοι & θεοῦ διδάκτοι  
 Caluinistæ, docere vultis omnes, discere à nemine. Itaque  
 εὐπολεσται τοι peribitis: etiamsi Lutherani & Brentiani Do-  
 ctores vos & vestrum dogma non damnarent.

Sept̄

Septimum Osiandri argumentum fuit: Cinglianis diui- Septimum Osi-  
dunte operationes in Christo, & separatim alias diuinitati, alias hu- andri argumen-  
manitatis tribuunt: qui est iam dudum damnatus Nestorianorum cum, quod dog-  
error. Scriptura proponit nobis talem Christum, qui (iam in glo- ma Cinglianum  
ria) TOTVS plenam totius orbis terrarum administrationem si execrabilis.  
obtineat. Itaq; Nestorianum Cinglianorum dogma abijcimus &  
damnamus. Haec dum refutat Lambertus, in eo totus est, Responso Da-  
vit probet, se & Cinglianos, tantum naturas in Christo di- nai.  
stinguere, ne Eutychis more inter se confundantur: non  
autem separare, ut duo ipsa p[er]sona orientur, & duo existant  
Christi, quemadmodum voluit Nestorius. Ceterum, quod  
haec protestatio sit contraria facta, te Lamberte docere ag: Probatio, quod  
grediar: & quidem ratione tali, quam scio à tuo capite non ex sententia Cin-  
esse alienam: non quod firmiores demonstrationes mihi giani dogmati-  
desint: sed quod sciam, vos Cinglianos regulis Philosophi sequatur Nesto-  
cis, veritatem diuinorum mysteriorum libenter examinare. ianissiu[m].  
Nonne, Lamberte, idiomata seu propria, in quarto mo-  
do, requirunt proprium reale subiectū, & reale ipsa p[er]sona:  
nonne ea intelliguntur & definiuntur ἐν προσέστω: ut pos-  
te, vni soli subiecto, & omni & semper inhærentia: Nonne  
infinitum esse, omnipotentem esse, ubique esse, & similia,  
propria sunt Dei, quarto modo: cum haec omnibus in Dei  
tate personis, & solis, & semper infinit: non quidem, ut πάθη,  
seu accidentia propria, sed ut ipsa essentia: Nam hoc modo  
ab aliorum subiectorum proprijs differunt illa simplicitate  
ma idiomata. Non ne vero Lamberte finitum esse, locatum  
esse, sedere, stare, &c. propria sunt naturali & animali cor-  
pori, & quidem quarto modo: Nam omne corpus natura-  
le, & solum, & semper est finitum, est locatum: omne & so-  
lum animale corpus stat, sedet, vigilat, &c. quod de potens-  
tia, non de essentia, intelligitur. Haec enim propria sunt πάθη,

quæ suis subiectis ita inhærent: vt ab illis, intellectu ho-  
minis, separari possint. Aliud enim est, ipsa essentia subie-  
cti, per se considerata: aliud, quod subiecto ita inhæret: vt,  
sine eo, neq; intelligi, neq; considerari, neq; definiri possit.  
Nam homo definitur absq; facultate loquendi, numeran-  
di: & corpus naturale intelligitur ac definitur per se absque  
finita magnitudine & loco. At neq; vis loquendi, sine ho-  
mine, tanquam suo proprio subiecto, & hyphistameno: ne-  
que finita magnitudo & locus, sine corpore naturali, intel-  
ligi aut definiri possunt. Sed hæc te puto iam pridē in scho-  
lis didicisse. Si igitur nulla est proprietatum, diuinæ & hu-  
manæ naturæ, in Christo realis, sed tantum verbalis com-  
municatio, vt tu suprā & voluisti & scripsisti: & si proprie-  
tates vtrinque realiter distinguendæ sunt: tum necessario  
sequitur, duo quoque esse realia  $\nu\phi\sigma\alpha\mu\pi\tau\alpha$ , duos realiter se-  
paratos Christos, Deum & hominem: id quod Nestorius  
voluit, & tu cum illo, sicut Osiander tibi obiicit. Quid re-  
spondes Physiologe Lambertे? Nam suffugiatua, quibus  
Nestorianismi suspicionem declinate cupis, nulla sunt: ne-  
que magno momento refutari possunt.

*Octauum Osiandri argumen-*  
*tum.*

Octauum & postremum argumentum Osiandri. Cn-  
giani tanquam absurdissimam absurditatem explodunt, quod  
Christus (iam in gloria) non modò secundum diuinitatem, sed  
etiam secundum humanitatem sit ubiq; Ecclesie præsens etiam in  
terrīs: & hanc doctrinam sub Ubiquitat̄ nominē odiosissimè ex-  
agitant: affirmant autem, eum (iuxta humanitatem suam) nu-  
quam esse, nisi in cœlis, loco ita circumscripsum, vt alibi non sit ul-  
lo modo, qui excogitari possit. At Christus totus, Deus & homo  
dixit: Ego vobis sum omnibus diebus usq; ad consummationem  
seculi, Matth. 28. Quis autem hanc Cinglianorum audaciam non  
execraretur & damnaret? Quid ad hæc Lambertus noster?

*Responsio Lan-*  
*berti.*

Pri-

Primum verba Osiandri mutilat & detruncat: deinde pers  
 uertit, vt credas ipsum Agyrtam esse, aut circulatorem. Ita  
 enim allegat Osiandri argumentum. *Ostium & ultimum*  
*istius Vbi quia ratiō aduersus nos argumentū est: Errare eos, qui se-*  
*cum non consentiunt, quoniam Christum, & secundum Deitatem, &*  
*secundum humanitatē vbiq; esse negant: cū tamen dixerit Christ-*  
*ius, ego sum vobis vbiq; ad consummationem seculi. Non scri-*  
*pit Osiander Crimen falsi.*  
 Cinglianos negare, Christum vbiq; esse, tam  
 secundum Deitatem, quām humanitatem: sed hoc scripsit,  
 à Cinglianis absurdissimam haberi absurditatem, si quis di-  
 cat: Christum non modo secundum diuinitatem, sed etiam  
 secundum humanitatem, vbiq; Ecclesiæ esse præsentem in  
 terris. Hoc enim voluit Osiander, vos Cinglianos conces-  
 dere quidem, quod Christus vbiq; sit præsens Ecclesiæ ses-  
 cundum diuinitatem, sed non secundum humanitatem.  
 Nam absurdissimam vobis videri absurditatem, si quis  
 dicat: Christum non modo secundum diuinitatem, sed  
 etiam secundum humanitatem, vbique præstò esse. Tu  
 autem Osiandrum accusas: quod de Cinglianis scribat, il-  
 lis Christum secundum neutram naturam vbique præstò  
 esse. Vide ergo, quām versipellis sis nebulo, quām fraus  
 adulentus sis ardelio: qui neque scriptoris verba integrè ad-  
 ducis, neque mentem verborum rectè perpendis: & insu-  
 per eius calumniæ innocentem insimulas, de qua nun-  
 quam cogitauit somnians aut vigilans. Respondes deinde  
 ad argumentum, ex verbis Augustini: quod Christus Ec-  
 clesiæ suæ præstò sit, & vbiq; ad sit totus, non autem totum  
 Christi. Quanquā Augustinus interdū incommodius lo-  
 quitur: tamē ipsius libri testantur: quod à Cinglianorū im-  
 pia opinione fuerit alienissimus: id quod multis testimonij  
 adductis demonstrari posset, nisi hoc ab alijs iam dudū esset  
 præs

præstitutum: & nos breuitati studeamus. Quicquid autem  
ille tandem scripserit, nos simpliciter credimus, quod Chris-  
tus sedeat ad dextram Dei Patris omnipotentis. Non enim  
ascendit, ut sit in certo tantum cœli loco: sed, ut cum Deo  
patre, ad cuius dextram sedet, ubique ad sit suæ Ecclesiæ, om-  
nia videat, agat, regat, ordinat, gubernet: quemadmodum  
tute superius egregie fassus es. Quia vero verbis simulas,  
quasi castris Cinglianorum desertis, Ubiquitati Christi hos  
minis subscribas: noli obsecro, tam repente in castris no-  
stris tumultuari: & paulatim animi Cingiani ferociam,  
& spiritum Caluinianum exue. Cur enim Ubiquitatem a  
Cyrillo & Theophylacto comprobata, tanta vi verborum  
conaris subuertere? Verba Cyrilli, ab Osiandro citata, sunt  
haec: In singulos partibiliter transiens unigenitus, & anima  
atque corpus eorum per carnem suam sanctificans, imparti-  
biliter atque integrè in omnibus est, cum unus ubique sit, nul-  
lo modo diuisus. Tu apertissima Cyrilli verba, quibus de  
carne Christi, partibiliter quidem transeunte in singulos  
sed impartibiliter nos sanctificante: cum Christus unus sit  
ubique, nullo modo diuisus: haec tu tam clara, tam dilticida  
verba ex figmento capitistui, de spirituali tua manducatio-  
ne interpretaris. Cætera quæ sequuntur, contra nos nihil  
faciunt: neque Augustini locus nobis aduersatur: id quod  
omnes mediocriter oculati vident. Nam quod Augustinus  
dicit: Sapientia Dei, verbum Dei, Dominus Iesus Christus  
stus ubique praesens est: quia ubique est veritas, ubique est sapi-  
entia: quid haec faciunt ad destruendam Christi hominis  
praesentiam in Ecclesia? quid ad euertendam carnis eius  
dem praesentiam in S. coena? Iudicent eruditæ. Quod au-  
tem similitudinem de ferro aut carbone candenti, ex Cy-  
rillo allatam, argutij Philosophicis cupis eludere: quasi non  
sit

# Lambertum Danaum.

71

sit idem, Deitas, in Christo, quod ignis seu calor in ligno aut ferro: cum hoc sit qualitas, illud essentia: facis profecto Lambertem, vt te magnū asinum nō inuitus agnoscam. Quasi vero *Confutatio huius*, nemo nostrū sciat, similia non esse eadem: & aliud esse rāvios *ius responsioneis*. *Ma*, aliud op̄io tr̄ns̄: quasi nos omnes ignoremus, quod similis tuto omnis claudicet: quasi tuo indicio nunc primum discessus, similibus nihil probari, sed obscura tātum declarari? Sed audi, quid in hac similitudine cauilleris. Dicit Cyrillus: Quēs admodum carbo ignitus res vna est, & tamen ex diversis res bus, ligno & calore seu igni constituta: ita Christus vna est persona ex Deo & homine constans. Et quemadmodū lignū & ignis carboni ita insunt, vt neutrū conuertatur in alterum: sic natura diuina & humana insunt Christo: vt neq̄ diuina in humā, neq̄ humana in diuīnā transmutetur. Et quemadmodum dicimus carbonem vrere, non lignum carbonis sine igni, neq̄ ignem, qui est in carbone, sine eiusdem ligno: ita pie dicimus Christū iam esse vbiq̄, nō vt Deū sine homine Christo, neq̄ hominem sine Deo Christo. Quid in hac similitudine carpis? quid sugillas? Nihil puto, nisi hoc, quod igneus caslor in ligno sit qualitas: Deitas in Christo sit essentia: & proīns de similitudo nō congrua. Audi Lambertem: cōfert Homerus heroicum Achillem alīas tauro, alīas leoni. Ergo, sicut leo & taurus sunt brutæ, & rationis expertes animantes: ita etiam Achilles est ratione orbatus. Certe si tibi omnes similitudines ita licebit reprehēdere: sicut hanc Cyrilli & Basilij represendisti, poteris vna eademq̄ cauillatione, omnes Christi patabolas, omnes Basilij comparationes & similitudines euertere. Deinde, pulchrē admodū argutaris, vim vrēdi ferro aut ligno nō inesse proprię, sed causa caloris: & propterea lignum nō dicas vrere, sed ignē, qui est in ligno aut ferro. At si tu materialiam, tali aduentitia virtute instructam, dicas omnino ociosam esse: tū minus vides in natura rerum, quam nostri pueri.

K

Cur

Cur enim idem ignis in vna materia, fortius vrit, quām in alia  
 materia; cur ferrum candens atrocius vrit, quām lignū ardens  
 siue ignitū: si calor igneus nihil momenti accipit à materia?  
 Abi ad Philosophos aline, & veritatem harum rerum ab illis  
 perquirito. Nam si vis ignea & flamma, nihil habet à materia  
 ferri & ligni ac similiū, cur obsecro, non omnes res mixta,  
 æqualiter sunt natus& id est, vstibiles, vt sic loquar: sed aliae flā  
 mæ atq; ignis capaces, aliae non item? Quod Chalcedonensis  
 Synodus dixit, mansisse in vniōne illa naturas inconfusas, res  
 cte dixit: & nos idem fatemur. Sed, quod Deitas Christi pro-  
 pterea nihil communicauerit humanitati eiusdem, necq; com-  
 municabilis sit, id vero falsissimum est: & te ipso teste refutari  
 potest: qui suprā dixeris, gratia vniōnis, propter hypostaticam  
 illam naturarū inter se vniōnem, de Christo dici posse, quod  
 Christus homo sit vbiq;. Ut igitur lignū carbonis vrit, quatenus  
 nus habet ignem sibi coniunctum: & sicut calor in carbone,  
 & cum carbone vrit, quatenus est cū ligno cōiunctus: ita, ho-  
 mo Christus vbiq; est, quatenus Deus Christum sibi hyposta-  
 tica vniōne coniunctū habet: & Deus Christus vna cum ho-  
 mine Christo omnia agit, scit & vult, quatenus cum eodē in-  
 dissolubili vniōnis vinculo cōsociatus est. Supersunt Theophy-  
 phylacti verba, ab Osiandro adducta: quę tu dicis, à Theophy-  
 phylacto esse transcripta ex Cyrillo. Esto. An vero propterea fili-  
 mili commento eludi posse affirmas, qualis suprā Cyrilli testi-  
 moniū elusisti: an de spirituali tua manducatione, quam fin-  
 gis, intelligenda hæc omnia putas? Sed non satis est tibi, quod  
 Patrum, & Ecclesiæ scriptorum, verba eluseris: accusas etiam  
 Theophylactū pontificiæ transsubstantiationis: quam tamen  
 non probas: perinde, ac si satis sit crīmē te alteri obīcere: necq;  
 ad probationem eius quicquam afferre. Hoc enim in Antio-  
 chandro tuo passim fecisti, nominatis scriptoribus, qui pro te  
 faciant, & verbis interim seu testimonijs omissis.

Habes,

## Lambertum Dandum.

73

Lambertum Dandum.

73

Habes, Lambertus, Equitis Germani Spongiam, qua ille las Epilogus huius  
bē, non Osiandro soli, sed etiā Illustrissimis Electoribus Gero Spongia.  
mania, Principibus, Ducibus, Magnatibus, Cōfūlibus, & om-  
nibus sinceras Theologis, à te aspersam, voluit, potuit ac des-  
buit abstergere: & te ipsum tibimet contemplandum dare: vt,  
qui vir sis, deinceps videas. Nunc tu, qui calūnioso & contus-  
melofo tuo scripto, te ipsum potius, quam quemuis altum des-  
fēdasti, hac Spongia faciem tuā absterge: & temet in speculo  
cōtemplare. Videbis illīc virum quendā blasphemum, male-  
dicum, leuē, mendacē, futilem, vanū, frontis perfrictā, distors-  
to ore, auribus asinīnis, genis liuidis. Videbis hominem tes-  
merari, qui ausit scribere damnatis, atq; electis ē Germania  
Cinglianis doctoribus, oēs adeo q̄ totas Ecclesias Helueticas,  
Gallicas, Belgicas, Anglicas, & similes dānari. Noluit n. Osi-  
ander, vt dogma tuū (līcut tu scribis) publica Ecclesiae voce  
dānetur: interim tu pulcher, bonus, sanus, minime q̄ damna-  
tus intelligaris. Noluit hoc Osiander. Videbis præterea virū  
impudentē: qui dicet, Sacramentarium certamen nō in rebus  
ipsis, sed tantum in verbis cōsistere: neq; controversiā esse, de  
præsentia corporis Christi in cœna, sed tantum de modo præ-  
sentiae, quem tamen incōprehensibilem atq; ineffabilem esse  
tute fateris. Videbis Theologastrum mirificē ineptientē, qui  
sacramentalē & spiritualē manducationem inter se permiscet,  
atq; cōfundit. Videbis Andabatā, cæcis ictibus pugnantem:  
& cum Vbiuitate, à se suisq; cōficta, tanq; cum larua, collus-  
tā, Videbis Agyrtā, qui modo ait, modo negat, modo  
calidū, modo frigidū ex vno eodemq; ore efflat: qui cap. Ioa. 6.  
modo à coena Dñi repellit, modo ad eandem refert, & in arce  
à semetipso expugnata, suū præsidium aliquoties collocat: tū  
insuper crīmē falli aliquoties committit. Videbis nouū huius  
seculi Arrium, qui Christo dicenti: Hoc est corpus meū, oblo-  
quitur: & dicit, hoc non est corpus tuum: sed tantum absentis

1811990  
A 125 3754

## 74 Spongia aduersus

corporis tui signum. Corpus .n. tuum à signis Sacramentalis  
bus tam longe abest, quam longe distat supremum cœlum ab  
infima terra. Videbis Epicuri de grege porcum: qui postquam  
Lutheri discipulos & sectatores vocavit Eutychianos, Nesto-  
rianos, Monophysitas, Monothelitas, Patropassianos, Thye-  
stas, Cyclopes, Sarcophagos: interim tamen illos damnare nō  
vult, sed fraternalē cum ihs expertit amicitia. Videbis Danaum  
quendā πολυπάγμονα, curiosum ac seditiosum: qui ē Gallia  
finibus in Germaniā irruptit, & consilijs Germaniæ Princis  
pū se se ingerit: Caluinistarū eiectionem dissuadet: Principes  
in suo iure interpellat: in curijs, templis & scholis nostris tu-  
multuatur: & talem Synodū exposcit, quæ institui nullo mo-  
do potest. Videbis deniq; Iudeū quendā, de tribu Dan (vnde  
Antichristū venturū credunt Pontificij) qui sacrificia veteris  
Testamenti, & Sacra menta noui inter se penitissimē confun-  
dit, atq; permiscet: umbras pro corpore, signum pro re signata,  
Christianis obtrudit. Quare, mi Lāberte, aures tuas asininas  
probē in hoc speculo inspice, teq; ipsum, qui vir sis, cōtempla-  
re: vt videoas os tuū illud impudens atq; distortū: & quomo-  
do tute tua importuna sc̄riptione, labra tibimet ipsi discideris.  
Nam mihi non est dubium: si tu ista vulnera peruideras, quin  
& hanc medicinā, & quam alij tibi subministrabunt, libenter  
sis admissurus. Sin vero & hanc meam Spongiam, intra qua  
triduū à me præpararam tibi, abieceris: & lenimenta hæc re-  
spueris: dico tibi Danæ, quod ego posthac, more Equitis Ger-  
mani, Tenediā arrepturus sim bipennem: & vlcera tua sic re-  
secturus tibi: vt tu magis doleas, quam ego. Interim cura vale-  
tudinem, & labra tua Danæ: ne si ad hunc modum ægrotare  
pergas, tuo morbo postea nemo hominum possit succurrere.

Morahnus  
scripti.

## F I N I S.

Pag. 23. l. 16. leg. 5. lib. de Bapt. pa. 24. lin. 10. pro Specialis leg. spiritualis, P. 31. lin. 16.  
leg. dicis, P. 33. lin. 7. lege enim pro etiam.